3

ADVERSVS QVENDAM MALI OMINIS, nullius verò (quod sciri poßit) nominis Apologastrum in causa tenebrionũ hæreticorũ, qui hodie cristas erigere cœperunt, iusta querimonia.

OPVS recèns excusum, authore Reuerendo in Christo patre, Arboricensis Ecclesiæ (aliàs Abrincensis) diuina permißione ministro indigno, Roberto Cœnali, Theologo ordine & origine Parisiensi.

PARISIIS,
Apud Gulielmum Iulianum, sub Amicitiæ signo, ad Collegium Cameracense.
Cum priuilegio Regis.
1558.

AVTHOR AD LEctorem.

Vinum nouum, codex nouus. veterascet, & cũ suauitate bibes illud.

Cur ita?

Hi sunt inuidiæ, lector mihi credito, mores,
Semper vt antiquos præferat illa nouis.
Sed quis erit laudis tam cæca vredine raptus,
Deligat vt citius eius amore mori?
Quæ sola nouitate placent, fastidia secum
Sæpe vehunt, vt odor flore cadente cadit.
Cõtrà dulcescunt quæ dura aut aspera primùm
Esse videbantur, tempore sumpta suo.
Quis rerum neget esse vices, nã & læta iuuẽtus
(Dum nescis) mœstum labitur in senium.

Sícque rerum omnium vicissitudo est.

PIO LECTORI CHRISTIANAM SALVTEM.



Irabere forsan, Christiane Lector, vndenā prodeant vndecunque cōfluētia Apologismorum plaustra pro religionis causa seu obnubilanda, seu etiam elucidāda. Tu verò tandem mirari desines, si hæreticorum versutiam incredibilem scrutabere profundius: cui nisi maturè obuiam eatur, breui futurum video (vtinam falsus sim vates) vt omnia collabātur in peius, nō sine graui ruina: quam cum viderint qui serò sapiunt Phryges, tum sera in fundo erit pœnitentia. Satius ergo fuerit nouis imminētibus morbis noua adinuenire antidota. Huc spectat argutissimum Esaię oraculum, capite sexto supra vigesimum, hæc ad verbum referentis: Vrbs fortitudinis Sion. Ponetur in ea murus, & antemurale. Murus inquam pro Christianis ciuibus in officio continēdis: quibus scilicet mens est eadem, lex eadem, lingua & cogitatio omnibus vna: cui accedere oportet antemurale ad arcendos longiúsque propulsandos modis omnibus hostes: qui quo frequentius & maiore numero inter sese conspirant, eo acrius de directo expugnandi veniunt. Ad hoc enim passim con-

ſtruuntur aggeres, modò tereti, modò verò lunata figura, prę vrbis foribus, vt eminus tormẽtorum glandibus propulſentur aggreſſores. In hoc ergo eduntur à catholicis Antapologiæ aduerſus peſtilẽtiſſimos apologiarum conatus adornatæ: vt vel inuiti tandem agnoſcant religionis oſores, malo nodo actiorem non deforé cuneum: futurúmque id quod Eſaias octauo capitulo hoſtibus improperat: Congregamini populi, & vincemini: & audite vniuerſę procul terræ: confortamini, & vincemini. Accingite vos, & vincemini. Inite conſilium, & diſſipabitur. Loquimini verbum, & non fiet: quia nobiſcum deus. Contrà verò qui à parte religionis ſteterint, audituri ſunt: Timorem eorum ne timueritis, neq; paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate. Ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter: & erit vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali, duabus domibus Iſraël, & in laqueum & in ruinam habitantibus in Hieruſalem, qui ſcilicet per id tempus religionem impugnabant. Hac ego ratione adductus nolui iuſto huic deeſſe officio, vt ſcilicet me totum opponerem in cauſa præſertim tuendæ religionis cuidam lucifugæ apologaſtro, qui ſuæ conſcius impietatis, in lucem prodiit anonymus, ſuæ tãtùm impietatis relicto veneno poſteritati, memorabilis ſuo magno malo & incommodo. Mihi itaq; neceſſe fuit virulentam eius viſitare apologe-

ſim, non tam vt legerem quàm vt negligerem, negligendámque, & in perpetuas relegandam tenebras perſuaderem, ſentẽtiam Ambroſij ſecutus ex capitulo Legimus.37.diſtinctione. Legimus,inquit, aliqua ne negligamus, legimus ne ignoremus, legimus non vt teneamus, ſed vt repudiemus. Indicaturæ huius tertiæ notam præfert noſtri Apologia impoſtoris: quæ cum ſit ſal infatuatum,prorſúſque inſipidum,ad nihilum vltrà valet niſi vt conculcetur ab hominibus, aút in cinerem redigatur. Fauet & huic noſtro inſtituto in Epheſiis diuus Paulus capite ſexto:Induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Poſſitis inquam reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare,& expurgato mendacio loqui veritatem: ne ſcilicet vllus relinquatur diabolo locus aut inuadendi pietatẽ,aut euadẽdi veritatem. Quòd ſi quem forſan malè habeat hæc noſtra qualiſcunque eſt dictio apud nonnullos, vtpote acri perfuſa aceto, hi velim ſciant in cauſa fidei tuanda gladio zeli opus eſſe: quo ſine,delicatus miles cenſebitur, qui putet ſe vincere poſſe,
2.Tim.2.a cum ſcriptum ſit: Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Nam & ipſe Paulus alio loco aït:Laboramus,&maledicimur,quia ſperamus in deum viuũ.Rurſum hanc legem impo-
2.Tim.4.a nit Timotheo,dicẽs:. Argue,obſecra,increpa, opportunè & importuné. Neq; id mirũ.acrius enim

enī verba inculcāda ſunt auri obtuſę, q̃ arrectę & experrectæ. Aliâs ludit operam, qui narrat fabulam dormienti, & ita dormienti, vt ſanam non ſuſtineat doctrinam, quin potius animum inducat ad ſua deſideria coaceruādi magiſtros, pruriens ipſe auribus, vt à veritate auerſus ad fabulas promptius conuertatur. Contra huiuſmodi fecem hominum ſummum genus pietatis eſt in ea re fuiſſe ſeuerum. Audiēdus itaque eſt anteſignanus noſter Paulus hanc nobis teſſeram proponens 2. ad Corinthios 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatē, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces, ſicut ignoti & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati. hęc ille. Tuum igitur fuerit cādide lector, huic noſtro (qualis qualis eſt) fauere, tēque facilem præbere labori. Tu interim per nos valebis proſpera vtriuſque hominis valetudine.

IESVS. MARIA.

ADVERSVS QVENdam mali ominis, nullius verò (quod sciri poßit) nominis apologastrum in causa tenebrionum hæreticorum, qui hodie cristas erigere cœperũt, iusta querimonia.



IX aut animo concipere, aut verbo exprimere possim, quàm sinistro inauspicatòve genio cuiquam (qui modò catholicus censeri cupiat) nebulonum quorundã hęreticorum causam suscipere venerit in mẽtem: quasi verò nesciat mentis ille inops, & sinceræ religionis expers, à diuo Paulo in Corinthiis scriptis relictum esse, ac posteritatis memoriæ commendatum. Nolite (inquit) ducere iugum cum infidelibus. quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ cõuentio Christi ad Belial? Nulla prorsus, ne minima quidem. Tota enim diametro inter se dissident perniciosus error, & catholica veritas. Hic er- 2.Con6.

go mihi dicat obſcurus ille Apologaſter anonymus, quidnam ſit aliud ducere iugum cum infidelibus, quàm hæretici ex profeſſo cauſam tuendam ſuſcipere? Is itaque, quiſquis tandem ille fuerit præſtigiator, ſeu ſi mauis, lucifugarũ (qui his diebus emergere cœperunt) paraſitaſter, vel hoc ſaltem vno (etiam ſi cætera deſint) indicio hanc ſibi notam comparauit, aut nunquam, aut ægrè delebilem, quòd ſcilicet Caluinicæ perfidiæ patrociniũ in ſe receperit, ideoque fautoriæ hæreſis nomine peſsimè apud catholicos omnes auditurus ſit. Sed & ob id potiſsimum, quòd malè ſibi cõſcius, nomen proprium in lucem edere formidarit: quo inauſpicato ſilẽtio non obſcurè indicat propria ſe vrgeri ac ſtimulari conſcientia, quod ſcilicet perperam agens oderit lucem. Hoc itaque vel vno indicio ſibi ſuíſque aſſertionibus fidem nõ obſcurè adiuuet: quam apud omnes opinionem, ea quæ ex eo ſequũtur verborum lenocinia luculenter oſtẽdunt. Dum enim ſuæ perfidiæ fuco aliquo tegendæ Apoſtolica exempla adhibet, vna eadémque opera ſacræ ſcripturæ auctoritatem obnubilat, ſiqua id ratione poſsit: ſed inuita (quod aiunt) Minerua: ac proinde ſibiipſi perfidiæ notam inurit. Dum enim conuentum nocturnis horis celebratum à Paulo, à parte ſua ſtare contendit, aut non intelligit, aut certè ſe diſsimulat intelligere, latiſsimum inter vtrunque diſcrimen. Diuus enim Paulus aperto mi-

to miraculo rem à se gestam, Deo probari, cœlo terráque testibus, his qui aderant omnibus planè declarauit. Isti autẽ tenebriones suis subterfugiis laruáque Religionis, scelus obtegentes, quinetiam & armis & minis fugáque imminens periculum euadere cõtendentes, haud obscurè insinuarunt filios se esse tenebrarũ, veræ lucis osores: nihil minus cogitantes quàm sinceræ Religionis cultum: quibus illud competebat quod Christus ait: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Dixisses eos lucifugas noctuas, nocturnos fures, talpásque lumine carentes. Ita sese cateruatim iniiciebãt in caueas, cuniculos, & quascunque sibi adinuenire possent latebras. Quid eis tunc animi credas fuisse ad tuẽdam quam sibi adscribunt falsi nominis Religionem? Hoccine est fidem velle tutari, séque totum opponere pignori pro Religione tuenda, turpi fuga sibi salutem quærere? At certè ab huiusmodi exẽplo longissimè diuus Paulus aberat, qui hoc ipsum quod nocturnis horis declamarat, luce media, frequẽti cœtu congregato, publico pręconio, amplissimo auditorio, dicta dicendis, & dicenda dictis comprobans, palàm inuulgauit. I nũc Apologaster, & agnosce quàm lata sit inter laruarum tuarum cœtus, & eas quib⁹ diuus Paulus adfuit cõciones discrepantia. Sed & Paulus ille nocturnus concionator causam suam deo probatam ostendit miraculo ineluctabili, suscitato mortuo, vt pa-

Luc. 22. c.

Act.10.c. tet ex actis Apostolicis. Quin igitur probant actis, ista Satanæ mancipia, quod verbis suadere conantur? ea parte deteriora Magis Pharaonis, qui in tertio tandem signo deficientes, agnoscere compulsi sunt quòd præsens adesset certissimum aduersus eos numinis indicium, Exo.8.c. vt suæ nequitiæ ipsi testes exclamarent: Digitus dei est hic. Nostri verò nebulones tantum abest vt signo aliquo aut miraculo probabilem suam causam reddere possint, vt ex facto (quod allegant) Pauli proprio apertissimè conuincantur. Paulus enim quæcunque in cubiculis pronunciarat, nunquam erubuit publicare super tecta. Luc.9 d. Sciebat enim dictum esse: Qui me erubuerit, & meos sermones, erubescam & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Contrà, miseri & infœlices tenebriones, quæ in tenebris moliũtur & mussitant, suis cõtenti latebris, palàm efferre non audent, nihil aliud conantes quàm incautos seducere, & suis fascinare præstigiis. Alioqui nec mutire audent, quin potius bilingues, ac trilingues, in quamcũque velis partem seu Christianam, seu etiã Antichristianam sua cõmenta adornant & adfingunt. Ipsis ethnicis ea parte deteriores, quòd nulli se aut sectæ aut religioni accommodent, ita vt rectius eos appellaueris Atheos, quàm Sectæ aut veræ pietatis Mat.11.c. defensores: quasi ignorẽt scriptum esse, Qui non est pro me, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Aut igitur tu quisquis

es nebulo

es nebulo in omnem partem versatilis, appare quod es, aut esto quod appares. Nos contrà, sponte Christi filij apertè profitemur in nullo hæsitare quin eorum causa, impia, blasphema, & abominabilis sit: nostra verò, sancta, salutifera, & omnibus numeris sibi, & cũ veritate constans. Qui contrà hæsitant, ex ore suo se iudicantes apertè demonstrant se inurendos nota infidelitatis, quoniam in sua causa vacillant, quam mordicus vsq; ad mortem tueri debuissent. Quis nisi sinceræ religionis expers, catholicæ sese opponere audeat integritati? In promptu est Heliæ pronunciatum. Aiebat ille vacillãti populo: Vsquequo claudicatis in duas partes? Si dominus deus est, illum sequimini. si verò Baal, sequimini illum. Sed & quis mutire audeat, aut sese opponere ineluctabili Christi oraculo, dicẽtis. Nõ potestis Deo seruire & Mammonæ? Ita & nemo propriæ & alienæ fidei se submittere potest, nec de minimo quidem nutu. Aut enim persuasionem vnam odio habebit, & alteram diliget: aut vni adhærebit, & alteram cõtemnet. Rursum, qui existimat se posse duabus sellis sedere, vtraq; excludatur oportet. Si vtranque occupare contendit, neutram assequetur. Quisquis putat se esse Caluinastrũ, necesse est vt in fide propria se agnoscat philosophastrum.

3. Reg. 18. d

Mat. 6. d.

Qui Bauiũ non odit, amet tua carmina Mæui.
Qui conniuet Caluino, sequẽs est vt à dogma-

Act.20.c. tet ex actis Apostolicis. Quin igitur probant actis, ista Satanæ mancipia, quod verbis suadere conantur? ea parte deteriora Magis Pharaonis, qui in tertio tandem signo deficientes, agnoscere compulsi sunt quòd præsens adesset certissimum aduersus eos numinis indicium,
Exo.8.c. vt suæ nequitiæ ipsi testes exclamarent: Digitus dei est hic. Nostri verò nebulones tantum abest vt signo aliquo aut miraculo probabilem suam causam reddere possint, vt ex facto (quod allegant) Pauli proprio apertissimè conuincantur. Paulus enim quæcunque in cubiculis pronunciarat, nunquam erubuit publicare super tecta.
Luc.9 d. Sciebat enim dictum esse: Qui me erubuerit, & meos sermones, erubescam & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Contrà, miseri & infœlices tenebriones, quæ in tenebris moliũtur & mussitant, suis cõtenti latebris, palàm efferre non audent, nihil aliud conantes quàm incautos seducere, & suis fascinare præstigiis. Alioqui nec mutire audent, quin potius bilingues, ac trilingues, in quamcũque velis partem seu Christianam, seu etiã Antichristianam sua cõmenta adornant & adfingunt. Ipsis ethnicis ea parte deteriores, quòd nulli se aut sectæ aut religioni accommodent, ita vt rectius eos appellaueris Atheos, quàm Sectæ aut veræ pieta-
Mat.11.c. tis defensores: quasi ignorẽt scriptum esse, Qui non est pro me, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Aut igitur tu quisquis es nebulo

es nebulo in omnem partem verſatilis, appare quod es, aut eſto quod appares. Nos contrà, ſponte Chriſti filij apertè profitemur in nullo hæſitare quin eorum cauſa, impia, blaſphema, & abominabilis ſit: noſtra verò, ſancta, ſalutifera, & omnibus numeris ſibi, & cũ veritate conſtans. Qui contrà hæſitant, ex ore ſuo ſe iudicantes apertè demonſtrant ſe inurendos nota infidelitatis, quoniam in ſua cauſa vacillant, quam mordicus vſq; ad mortem tueri debuiſſent. Quis niſi ſinceræ religionis expers, catholicæ ſeſe opponere audeat integritati? In promptu eſt Heliæ pronunciatum. Aiebat ille vacillãti populo: Vſquequo claudicatis in duas partes? Si dominus deus eſt, illum ſequimini. ſi verò Baal, ſequimini illum. Sed & quis mutire audeat, aut ſeſe opponere ineluctabili Chriſti oraculo, dicẽtis. Nõ poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ? Ita & nemo propriæ & alienæ fidei ſe ſubmittere poteſt, nec de minimo quidem nutu. Aut enim perſuaſionem vnam odio habebit, & alteram diliget: aut vni adhærebit, & alteram cõtemnet. Rurſum, qui exiſtimat ſe poſſe duabus ſellis ſedere, vtraq; excludatur oportet. Si vtranque occupare contendit, neutram aſſequetur. Quiſquis putat ſe eſſe Caluinaſtrũ, neceſſe eſt vt in fide propria ſe agnoſcat philoſophaſtrum.

3.Reg.18.d

Mat. 6.d.

Qui Bauiũ non odit, amet tua carmina Mæui.
Qui conniuet Caluino, ſequẽs eſt vt à dogma-

te sese eximat orthodoxo: sicque paulatim longius à scopo disceditur: vti & pitissando multum vini consumitur. Vnum è duobus, nec est dare medium: aut Geneuensis totus euadas necesse est, nempe abdicatus à fide: aut in totum orthodoxus. Qui totum dicit, nihil excludit. Aut Caluinaster & recaluaster sis oportet, aut de integro fidelis. Denique aut albus, aut ater. Non admittit sincera fides medium mixtúmque colorem. Obmutescat igitur Apologaster ille, qui medio quodam temperamento, sed vt verius dicam, extremo intemperaméto, è duobus secum pugnantibus vnum aliquod fictitium commentum conflare contendit fraude quadam chymistica, seu (vt apertè loquar) alchymistica. Spondent autem opes, quas præstare nequeunt, miseri Alchymistæ, ac Geneuenses malè feriati. Vnica est spōsa, vna columba, vna Christi ecclesia: reliquæ factiones sunt concubinæ. Expurgandum est externum fermentum, si & dici & esse volumus azymi, azymi inquam orthodoxi: alij verò maneant asini paradoxi. Iam ipsi nolentes volētes experimur vero verius esse diui Pauli pronūciatum, quòd modicum fermenti totam massam corrumpit. Iam enim guttula vna creuit in fontem, surculus assurrexit in syluam. Restat vt supposita ab hæreticis scintilla mittatur in ignē, donec hæresis vniuersa euadat in cinerem. Scientibus legem loquor. Hic ergo murus aheneus esto.

1.Cor.5.c *Ibidem.b*

Quiſquis eſt qui in hoc vacillat, an aduerſariorum cauſa iuſta æſtimari poſſit, aut pœna eis infligenda iniuſta, eadem ille opera hæſitare habet ſuper certitudine fidei propriæ. Qui enim conniuet aduerſario, ipſe ſibi fidei propriæ certitudinẽ adimit & meritum, vtpote qui aliunde ſibi quærat experimentum. Denique qui ſuper hoc themate hæſitat, an aſtra ſint paria, neceſſe eſt vt idem ipſe ſuper eorũ dubitet imparitate. nec enim eſt dare medium inter parem & imparẽ numeros. Idem dixeris de fide & perfidia, quòd qui in hoc vacillat, an Caluinates ſint perfidi, neceſſe eſt eum manere in pendenti, an ea quam amplexatur, aut amplecti ſe ſimulat, ſit vera fides: & ita dubitãs in fide, infidelis eſt. Caueant igitur hi omnes ne pro infidelibus habeantur) nempe nodum in ſcirpo quærentes. Qui enim nimis emungit, elicit ſanguinem. *Prou.30.d* Perdit operam, qui aquam è pumice tentat elicere: dúmq; rem curat hæretici, præſentem ipſe ſibi parat ruinam. Ad cætera pergo. Iam tu mihi vide perſpicax & oculate lector, quàm profunda cæcitate laborent iſti pſeudoeuangelici. Aiunt, nihil ſeſe amplius deſiderare ſemel deprehenſi, quàm vt edoceãtur, quaſi ſtatim amplexaturi eam quæ ſecundum Deum eſt eruditionem. Laruati

hypocritæ, vafram geſtant ſpectore vulpem.

Cum nihil minus expectẽt, quàm id quod doloſe ſe ſperare ſimulant. Molliti ſunt ſermones *Pſal.54*

eorum super oleum, ipsi autem sunt iacula. Neque enim effugere possunt, quin vt sorices suo se prodant indicio. Qua quæso fronte inficiari poterunt vnicam esse in toto orbe sanctam & catholicam ecclesiã? quæ si apud eos est, & non apud cæteros, qua impudentia à nobis exigunt sinceræ religionis orthodoxam eruditionem? Quis nisi mentis inops sibi bene conscius peteret ab Ethnico, Turca, aut Iudęo, super religionis integritate velle erudiri? Cũ igitur nos existimẽt à pietate Christiana tam procul abesse, vti à Germania Tigrim: qua impudẽtia exigunt doctrinæ sinceritatem ab his de quibus persuasum habent quòd sint orthodoxæ persuasionis expertes? Quod si existimant: aliud de eis sentire quid possis, quàm quòd sint fallacissimi impostores, aliud in ore habentes, aliud gestantes in pectore? Hic agnoscis, candide lector, manifestam eorum imposturam. Neq; enim aut vsquam aut vnquam fando auditũ est, quòd martyres semper inuicti super fide catholica erudiri postularint ab his quos certò scirent sinceræ religionis expertes. Vetat Paulus fideles de his
1. Cor. 5. qui foris sunt iudicare, quanto magis catholicæ veritatis ab eis expectare doctrinam? Sed & Psalmista suo id comprobat oraculo, ait enim:
Psal. 15. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea. hoc tantum satis habet dicere, Dominus pars hæreditatis meę & calicis mei. Hęc
igitur

igitur quæ summis labiis pronũciant euomentes, quid aliud quàm sese proprio mucrone cõfodiũt? Nam si vnus ex nostris aut velit, aut desideret, aut exigat ab eis erudiri, statim in hoc verbo comprehensus, manifestum prębet indicium propriæ in fide catholica præuaricationis. Neque enim nobis licet in hoc argumẽto, aut contrà sentire, aut certè vacillare. Non loquitur Catholicus vt credat, imò potius dicere debet, & ita sentire: Credidi, propter quod locutus sum. Id attestante Propheta his verbis: *Psal.115.* Nisi credideritis, non intelligetis. aut vt alij le- *Esa.7.b* gunt, permanebitis. Proinde apud se consideret quisquis in ea re iudicis fungitur officio, ne quem accersat Theologicæ eruditionis professorem, vt in causa fidei certior fieri expectet: nisi velit circa eam rem & dici & haberi præuaricator. Qui enim certus est, vltrà certiorari non indiget. Absit autem vt vel ad latum quidem vnguem, qui modò Catholicus dici aut haberi velit, auersum se trahi patiatur ab ea, cui mordicus hæret fidei regula, cum scilicet aut videt aut audit fecis huius Caluinicæ æmulatores nõ sine summa peruicacia oblatis sese offerre suppliciis: cum satis constet, quòd martyrem non faciat pœna, sed causa. Atqui cũ de causa constet eorum quòd blasphema sit & impia, nostra verò sancta & iusta,

Quid dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Habet ſuos Satanas martyres, omnes in vniuerſum qui obſtinata mente, ſiue cauſa luxus, aut retinẽdæ rei alienę, aut certè propria φιλαυτίᾳ ſeducti, mori malũt quàm ab impietate ſua vltro diſcedere. Illi enim teſtes ſunt propriæ in Chriſtianam pietatem inſaniæ. Super quo ne quis mihi diffidat, audiat D. Bernardum ineluctabili teſtimonio id quod dicimus aſſerentem Sermone 66. ſuper Cantica. Mirabantur aliqui quòd non modò patienter, ſed & læti (vt videbatur) ducerentur ad mortem: ſed qui minus aduertũt quanta ſit poteſtas Diaboli, non modò in corpora hominũ, ſed etiam in corda quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nónne plus eſt ſibimet hominẽ iniicere manus, quàm id libenter ab alio ſuſtinere? Hoc autem in multis potuiſſe Diabolum frequenter experti ſumus, qui ſeipſos aut ſubmerſerunt, aut ſuſpẽderunt. Denique Iudas ſuſpẽdit ſeipſum, diabolo ſine dubio immittẽte. Ego tamen maius exiſtimo, magíſque admiror, quòd potuit immiſiſſe in cor eius vt traderet dominũ, quàm vt ſeipſum ſuſpenderet. Nihil ergo ſimile habent conſtantia martyrum, & pertinacia horum: quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur. Et ideo Propheta martyris forſitan voce dicebat: Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus ſum. pro eo videlicet quòd etſi pœna eadem videretur, longè diuerſa eſſet intentio, illo vtiq; indurante

Mat. 27. a

Pſal. 118

durante

durante cor contra dominum, isto in lege domini meditāte. Quæ cum ita sint, non est opus (vt dixi) frustra multa aduersus homines stultissimos atq; obstinatissimos dicere. sufficit innotuisse illos, vt vitētur. Sed neque his contentus Christi impiger athleta Bernardus, zeli gladio accinctus inuehitur in eos qui vti olim filij Ephrem intendentes & mittentes arcum conuersi sunt, aut (vt verius dicā) auersi in die belli. Psal. 77. Valde (inquit ille) dolendum est quòd non solum laici principes, sed & quidam (vt fertur) de clero, déque Prælatorum ordine, qui magis eos persequi debuerant, propter quęstum sustinēt, aut certè humanū aliquem fauorem. Quomodo (inquiunt) condēnabimus eos nec confessos nec cōuictos? Friuola satis non ratio, sed occasio. Hactenus ex Bernardo, qui sua describit tempora. Ad præsens autem nobis dixisse sufficiat, quòd euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Sed & quo magis tegitur, tanto magis æstuat ignis. Abscondi nequeunt mus in pera, ignis in sinu, serpénsque in gremio. Vt autē cætera prosequamur: quicunque hæreticum hominem iampridem deploratum, & Orci familiæ addictum, dirísq; deuotum, pro orthodoxo habendum esse cōtendit, haud dubiè sibiipsi hæreseos notam inurit. Nemo igitur in eam partem inclinet, nisi qui aut dici velit, aut cēseri hæreticus. Angustum enim est stratum, ita vt alter decidat. Pallium breue

duos operire non poteſt. Idem ipſe mirū quàm affabre depingat noſtræ huius ætatis nulli non deploráda incommoda, ſuper eo Canticorum verbo: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Paruulas, inquam, dum modicæ ſunt: ne ſi adoleſcant, transformentur in ſæuiſſimas leænas, quæ breui ſæuituræ ſunt in pecudes. Atqui (ait ille Bernardus) ſuggerere qualiter fraus defraudatur, hoc eſt accepiſſe vulpem. Longè enim plus nocet falſus catholicus, quàm apertus hæreticus. Móxque ex eo ſequitur: Recens vaſtatio vineæ, vulpem indicat adfuiſſe: ſed neſcio qua arte fingēdi ita ſua confundit veſtigia calidiſſimum animal, vt quà vel intret, vel exeat, haud facilè queat ab homine deprehendi. Cúmque pateat opus, non apparet auctor: ita per ea quæ in facie ſunt, cuncta diſſimulat. Denique ſi fidem interroges, nihil Chriſtianius. Si conuerſationem, nihil irreprehéſibilius: & quę loquitur, factis probat. Videas hominē in teſtimonium ſuę fidei frequentare eccleſiā, honorare preſbyteros, offerre munus ſuū, confeſſionem facere, ſacramētis communicare. Quid fidelius? Iam quod ad vitā moréſq; ſpectat, neminem concutit, neminem circunuenit, neminem ſupergreditur. Pallēt inſuper ora ieiuniis, panem non comedit ocioſus, operatur manibus vnde vitā ſuſtentet. Vbi iam vulpes? tenebamus eam: quomodo elapſa eſt è manibus? Quomodo tam repètè diſparuit? Inſtemus,

Cant. 2. d.

ſtemus, inueſtigemus: à fructibus eius cognoſcemus eam. Et certè vinearum demolitio teſtatur vulpé. Mulieres relictis viris, & item viri dimiſſis vxoribus ad iſtos ſe conferunt. Clerici & ſacerdotes populis eccleſiíſq; relictis intonſi & barbati apud eos inter textores & textrices plerunq; inuenti ſunt. An nō grauis demolitio iſta? An non opera vulpium hæc? Verùm non apud omnes fortè iſta tam manifeſta deprehédũtur, & ſi ſint, non eſt vnde probétur. Quonam modo capiemus illos? Reuertamur ad conſortium & contuberniũ fœminarũ. Hoc enim inter eos nemo eſt qui careat. Interrogo vnum quépiam horum: Heus tu bone vir, quænam hæc mulier? & vnde hæc tibi? Vxórne tua? Nō (inquit) nam voto meo iſtud non conuenit. Filia ergo? Non. Quid? non ſoror, non neptis, nō aliquo ſaltem propinquitatis vel affinitatis gradu attinẽs tibi? Nullo prorſus. Et quomodo tuta tibi cũ iſta cōtinentia tua? Sanè nec licet tibi iſtud. Cohabitationé (ſi neſcis) virorum & fœminarũ in his qui vouere continentiam, eccleſia vetat. Si non vis ſcandalizare eccleſiam, eiice fœminam. Alioquin ex hoc vno cætera quæ non adeò manifeſta ſunt, proculdubio credibilia fiunt. Hæc ille. Nunc autem in deterius res abiit. Tũc enim nō audebant illius ætatis nebulones ſtupra ſua agnoſcere: nunc paſſim, & impudenter, addo etiam & impune erecta ceruice aſſerere audent adulteria & ſtupra pro legitimis habenda

eſſe coniugiis, vt qui relictis etiam propriis cõiugibus, obuias quaſque Deo deuotas virgines ſibi aſſumant vxores, mutuò conuerſantes ſi-
Pſal.31. cut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quid igitur obſtat quominus ad eum qui huic præeſt negocio, hæc dirigatur exclamatio: In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui nec minis, nec precibus induci poſſunt vt approximent ad te, Chriſtianæ ſcilicet pietatis iugum accepturi. Iam cum legis diuinæ decreto, iure etiam naturali nemo prohibeatur exem-
Ruth.2.a. plo Ruth moabitidis poſt terga metentum remanentes ſpicas colligere: mihi quoque bona omnium pace licebit poſt D. Bernardi meſſem ſpicilegiũ facere: quod eſt huiuſmodi, eos omnes qui Caluinatũ aut caſtra aut ſigna ſequũtur, inficiari non poſſe, ſe eſſe omnino atheos. Hi enim diuinã (cui orthodoxi ſanctorũ patrũ veſtigia ſequentes obſequuntur) legem abnegãt, nec Chriſtum nobiſcum eſſe ingenuè profitentur. Quem ſi à parte ſua ſtare contendunt, quin igitur quæ in cubiculis nocturnis muſsitant, ac ſubmurmurant, publicãt ſupra tecta? quæ cum per ſimulationem perpetuò tegant ſilentio, ſequens eſt vt Deum pro ſuo captu agnoſcentes, eum tanquam Deum glorificare non curent: quam ob cauſam meritò traditi ſunt in reprobum ſenſum, & ſe putantes ſapientes, delirium incurrant. Honor enim Dei & religionis diuinæ præferendus eſt cuiuſcunque creaturæ aut

commodo,

commodo, aut saluti, Christo id attestãte: Qui dilìgit patrem aut matrẽ, fratrem, sorores, aut amicos plusquam me, non est me dignus. Fateantur igitur necesse est, se esse atheos: vt qui suis dissimulationibus eũ qui deo debetur cultum abnegent. Verbis quidem fatentur se nosse deum, factis autem negant. Quid ad hæc respondere possint, ipsi viderint vnà cum suo Apologastro, adhibitis etiam in secretius consilium quoscunque coaceruare poterũt fautoribus. Alioqui fateri oportet, aut nos, aut ipsos ab orthodoxa fide longe abesse. De nobis absit vt quiuis nostrum vel de somno quippiam tale cogitet. Potius enim cũ Paulo mori nobis expediret, quàm vt fidei orthodoxæ gloriam aliquis reddat inanem. Ipsi verò in hoc maximè incumbunt, tanquã immanes sçuæque noctuę, vt quod apertè non audent, in aurem inspirantes, suæ blasphemiæ virus effundant: quódque deterius est, ex Catholicorum nidis pullos surripiẽtes, nec eos tantùm implumes, verumetiã informes, addo & exosses, nihil succi iudicijve habentes, nec in ossibus medullam probæ educationis, nec in corde certi capacitatẽ iudicij, apud se retinentes, in hoc tantùm subreptitios fœtus erudiunt, vt dent sine mẽte sonum, quo saltem excitata plebs rudis & excors, verbum aliquod virulentum alta mente recondat, sicq; dilatetur in plures pestilens hæreticorum impietas, hac arte docẽtes picas sua verba conari,

Mat.10.b.

Tit.1.d.

1. Cor.9.c.

quæ affatim ſubminiſtrat ingenij largitor venter, vt plebs tandem ſeducta, coruos illos & poëtidas picas cantare credat & occinere Pegaſeium melos. Interim

Verba mouent animos, oris petulantia pectus
Pulſat, & in venas ſemina mortis agit.

Quis enim neſcit illud vulgatum:

Hora.1 ſer. Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu?

Quòd ſi quis muſſitabundus hoc ſecum reputet, quid facias puerulis male educatis & edoctis? Túne eos gladio perimes, qui ſolido carẽt ingenio? Huic in promptu reſponſio eſt, quòd cum quiuis ex eis ſit mali corui malum ouum, effoſſorem illum oculorum, ſeu parentem, ſeu pædagogum, acri ſeueróque verbere iuxta Canonicas ſanctiones pro qualitate ſceleris flagellandum punias: vt oculos quos culpa claudit, pœna aperiat. ex qua niſi emendatior euadat, pœna cõdigna paruuli illius ferocia retundatur: vt quam delectationem male audiendo accepit, eam cogentibus flagris acriter ſentiendo perdat. Sic enim dominus Deus zelotes vi-
Exo.20.4. ſitat iniquitatem patrum in filios, præſertim imitatores nequitiæ paternæ, priuſquam ſpinæ
Pſal 57. illæ intelligant ramnum. Alioqui ęquitas ipſa ſicut in ira (iuxta Pſalmiſtam) ſic abſorbebit eos. Neque enim aliud docuit, iuſsítque & de-
2.Reg.23.a creuit regium illud Dauidis oraculũ. Præuaricatores quaſi ſpinę euellẽtur vniuerſi (ne ſcilicet

cet lætioribus frugibus noceant) quæ non tolluntur manibus (ne attactæ pungant & lędant) Si quis ergò tágere eas voluerit, armabitur ferro, ac ligno lanceato: vt tandem igne succensæ comburantur vsque ad nihilum. Nec mirum, nam -immedicabile vulnus

Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Quod nisi fiat, nunquam erit tuta inter improbos innocentia. His per omnia consentit diuus Paulus ad Hebræos cap. 6. Terra sæpe venientem bibens imbrem, generans herbã his à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius consummatio in combustionem. Hæc ex Paulo. Quid enim iustius, quàm vt seducétes Pædagogos, seductósque discipulos, in causa potissimum fidei, vbi nulla offendentem excusare possit ignorantia, par pœna constringat, maturo tamen temperamento in his omnibus obseruato? Nec proderit si defensor culpæ hęc apud se submurmuret. Fecimus & nos hæc eadem iuuenes: esto. Nondum enim vulnus incruduerat. Núc autem Publica dilatam nó capit ira moram: præsertim cum morbus iste vt Cancer serpat. Qui *1.Tim.2.c.* enim sinistrè edoctus crimen committit, geminam pœnam meritò incurrit: vti & ebrius. Primùm, quòd blasphemiæ scelus immane commiserit, deinde quòd non quãtocyus à fascina-

Eccle.21.a tore ſeſe abſtraxerit: cũ ſcriptũ legamus: Quaſi à facie colubri fugito peccatũ. Hoc ipſum Paulus piorũ auribus inculcat, ad Corint.2. cap.6. dicens: Vos eſtis tẽplum dei viui, propter quod exite de medio eorũ: ſeparamini ab eis, dicit dominus: Immũdũ ne tetigeritis, & ego recipiam vos. Rurſum poſterioris ad Theſſalonicenſes 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate. Atqui nemo dixerit feram illã beluam Caluinum ordinatè incedere, niſi prius doceat à quo legitimè miſſus fuerit & ordinat⁹, qui potius numero eorum venit adſcribẽdus, quos ad Timotheũ atro carbone notat idem Paulus, in
2.Tim.3 d. hanc ſententiam, Mali homines & ſeductores proficient in peius, errãtes, & in errorem mittentes: nempe proterui, tumidi, cæci, voluptatũ amatores magis q̃ dei, habentes ſpeciẽ quidem pietatis, virtutem autẽ eius abnegantes. Deniq; vix aptius aliquid reperire poſſis, q̃ ſi omnes ad vnum comparaueris noctuis bubonibúſve nocturnis. Huius enim generis auitium in hoc ſolum incumbit, vt ex auiũ nidis extractos pullos deuoret. Sed nec carmine ſuo vocali aliud pręſagit, q̃ viciniæ totius inauſpicatã ruinam. quæ quidẽ omnia laruatis his erronibus affabre conueniũt. Luce quidem aphonos eos dicas, ac piſcibus reticẽtiores: ſub profundam verò noctẽ vocaliſſimos præſtigiatores. Sed & quẽadmodum Striges infauſtæ illæ aues infantulorũ ſanguinẽ exugunt: ita & iſti dũ paruulos ſuis faſcinationibus dementant, non tam corpora eorũ,

q̃ animas in deſperationis barathrum,& obſtinatæ peruicaciæ pręcipitiũ deiiciunt,nulla arte humanitus medicabiles:quemadmodũ ſcriptũ legimus:Qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam:& amicus ſtultorũ(quanto magis eorum quos propria demẽtauit philautia) ſimilis illis efficietur. Quinetiã hoſtis noſter antiquus corui naturam imitatur ominoſam & inauſpicatam, cui illud perpetuũ eſt, vt à mortuorum cadaueribus qui cruci ſunt appenſi,primũ oculos eruat.Hoc ipſum facit ſiniſter genius:qui ſi quos videt pertinaciter obſtinatos,ſummo aſtu in hoc incumbit, vt tollat de cardine mentẽ:vt luminis expers hęreticus in tenebris ambulans neſciat quò vadat, & tanq̃ cæcus palpet in meridie,vtpote rationis expers,& mẽtis impos,& eo pernicioſius, quo cæcitas animi longè deterior eſt obſcura corporis caligine. Corpore enĩ cæcus non adeò cæcutit,vt ſuam non agnoſcat cæcitatem . Contrà rationis luminibus captus, talpa cæcior,nihil minus q̃ ꝙ cæcus ſit intelligit : quæ veſania omnes infœlicitatis numeros ſuperat & gradus . Pro eo enim ꝙ cogitare deberet apud ſe, Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorũ & ipſum non eſt mecũ: ſibi hoc perſuadet delirus & amẽs, ꝙ diues ſit, & nullius egeat:neſciẽs ꝙ pauper ſit, & nudus & cæcus.Hoc vno Phariſæorum ſocordiam ſibi peculiariter adoptans, qui cùm inſultantes dicerent : Non ſumus cæci, ſed videntes, ob

Eccle.13.a

Pſal 37.b

Apoc.3.c

Ioan.9.g

id maximè reprehéſi ſunt à Chriſto, retorto in
Ioan.9 g. eos iaculo. Vtinam (inquit) cæci eſſetis: ſi cæci
eſſetis, ſubaudi per ſolam ignorantiam, peccatum non haberetis. Séd quia eſtis videntes, vt falſò vobiſipſis perſuadetis, peccatum in vobis manet: manet inquam, æternúmq; manebit, vel ob id vnum, quòd ea animaduerſione punitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Hac itaque cæcutientia laborant hæretici, vt nunquam animum inducant ad reſipiſcendum, quantumuis aut moniti, aut rogati. Cur ita? Ineuitabilis eſt metuẽda illa ſapientis animaduerſio, quæ ita ſe ha-
Eccl.7.b. bet. Cõſidera opera dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ipſe deſpexerit. Quare ſi poteſt
Hiere.13.d Æthiops mutare pellem ſuam, & pardus varietates ſuas: ita & vos poteritis bona facere, cùm mala (præſertim ex peruicacia) didiceritis à iuuẽtute veſtra. Et hic eſt lapis offenſionis, & pe-
1.Pet 2.b. tra ſcandali. De his enim Pſalmiſta cecinit: Di-
Pſal.80.c. miſi eos ſecũdũ deſideria cordis eorum, ibunt
Hier.51.a. in adinuentionibus ſuis. Curauimus (ait Propheta, Babylonem, & non eſt curata: quis medebitur ei? Vtique nemo. Sequẽs ergo eſt vt derelinquamus eam. Nec mirum ſi ſerpens ille antiquus ſuos ſibi adſciſcat martyres, qui nec morte quidem ipſa à ſua coniuratione diuelli poſſint. In hoc enim perpetuò laborant, vt ſimiæ Chriſti perſonam induant. Quo fit, vt Caluinica rabies mores quoſdã præ ſe ferat

rat & geſtus,quibus Catholici perſonam effingere poſſit: ſed in re tantùm ridicula,& cordatis hominibus ſatis ſupérq; comperta.Huc ſpectat illud Origenis homilia 27. in Matthæum: Veritas Chriſtus,ſimulata veritas Antichriſtus: quoniam omnes ſpecies boni quaſcunque habet Chriſtus in ſe in veritate ad ædificationem hominum , omnes eas habet Diabolus in ſpecie ad ſeductionem ſanctorum: ideóq; ſeipſam traducit Símia illa geſticulatrix : quæ cùm geſtu adumbrato tantùm & ſimulato pietatẽ præ ſe ferat,nihil aliud præſtat quàm ipſiſſimam religionis laruam.Denique voce quidem fatetur ſe noſſe Deũ, factis autẽ negat. Scriptum enim eſt:A fructibus eorum cognoſcetis eos:nempe Mat..7.c. à ſtupris, adulteriis , reliquíſque operibus quæ Barbariem omnem ſuperant,ac genuinam pietatẽ longo poſt ſe interſtitio à tergo relinquũt. Perſpicuũ illud euadet hac vna,quę mox ſubiicietur anacephalæoſi.Huc ſpectat noſtrę huius perſuaſionis ſcopus,ínque hoc vno cardo cauſæ verſatur,quod apud omnes pro effato & catholico habetur axiomate,vnã eſſe in toto orbe catholicam,eandémque apoſtolicã eccleſiam, ſponſam Chriſti vnicam . Quæ ſi foret apud Caluinates:quid reſtat,niſi vt à nobis exularet? Nam qui duas ex æquo ſtatuere vellet ſibi inuicem aduerſantes eccleſias,ab vtraq; meritò excluderetur.Sortiamur igitur de illa cuius ſit: & quidem certiſſimis , quæ nulla tergiuerſatione

diſſimulari poſſunt argumẽtis eã à parte noſtra ſtare cõprobemus. Primùm id ex D.Pauli teſtimonio promptũ erit colligere, qui ad Hebr. ca.13.Mementote (inquit) præpoſitorũ veſtrorum,qui vobis loquuti ſunt verbum Dei:quorũ intuentes exitum cõuerſationis,imitemini fidẽ: fidem ſcilicet Ieſu Chriſti:qui permanet heri & hodie, ipſe & in ſecula.Iam quinam ſint patres apud quos ſecundum apoſtolos & martyres fides reſideat catholica,nullo negotio colligitur hi nimirũ ſunt Irenæus, Cyprianus, Hieronymus,Ambroſius,Auguſtinus, inſuper & Gregorius: & ſecũdæ poſt eos ętatis vita & doctrina admirabiles potius quàm imitabiles, diui, Martinus,Benedictus,Franciſcus,Dominicus, & turba illa quã dinumerare nemo valeat. Eorum itaque imitãda eſt fides, quorum fœlicem conuerſationis exitũ conſtantiſſime acclamat omnis eccleſia ſanctorum. Quid igitur reſtat? niſi eorum imitari fidem. Iam quis niſi mentis inops ſuper eccleſiæ ſacramẽtis,ſacráve ſynaxi dubitare auſit?quam dictis cõprobarunt & factis:eiq; mordicus aduſque extrema fata adhæſerunt. Atqui ſacram illam ſynaxin piè ac ſanctè obſeruatam blaſphemi Caluinates ſuis Lutheranis lõgè deteriores,veluti ſęuiſsimę Harpyiæ vnguibus & roſtro diſcerpere & conculcare contendunt.Hîc mihi quæſo videto quàm longè abſint à ſincera eccleſiæ fide, ſanctiſſimíſq; eius placitis. Proximum huic fuerit ęx

ipsissimis ac præscriptis D. Pauli oraculis omni exceptione maius testimonium. Doctrinis (ait Heb.13.b ille) variis & peregrinis nolite abduci. Iã quis non videt dogmatũ apud eos varietatẽ seu peregrinitatẽ, apud quos quot capita, tot sensus? Quod enim vnus ait, alter negat: vti super ea re in quadripartito nostro opere fusius disseruimus. Capita habẽt diuersa, sed caudas alligatas. Credas ex eorũ lacuna palustri cœnosam ac pessimè olentem ebullire doctrinã, variam illam quidem & confusam, in hoc tantũ sui similem, ꝙ sit pestilentissima, & ex omni parte virulẽta. I nunc & dicas in tanta linguarũ cõfusione, & opinionum, quæ omnẽ penè numerũ superant varietate reperiri posse fixum firmúmq; sinceræ fidei fundamẽtũ. Est enim (ex D. ad Timotheũ 1.ad Timo. Paulo) ecclesia dei viui colũna & firmamentũ 3.d veritatis, quam neq; ventorũ impetus, sed neq; ingruentiũ aut inundantiũ diluuia aquarũ loco dimouere possunt. Fũdata enim est supra firmã petrã. tantum abest vt pẽdeat à variis atq; inter se pugnantibus hæreticorũ coniecturis, quorũ doctrina stare loco nescit, quorũ cor tãq̃ mare Esa.57.& feruens, omnẽ sapientiã nõ tenebit. Sed & hoc Eccle.21 (pie lector) quæso cõsidera, q̃ malè sibi cõstent commẽtitiæ suæ ecclesiæ vanissimi assertores. Aiunt illi, à diebus Phocæ imperatoris ad hanc nostram vsq; ætatẽ, Romanã ecclesiam degenerasse in Antichristianã, id quod ex variis eorum scriptis elicere promptum est: & quòd (de se

si creditur illis) à dieb⁹ Lutheri reuirescere cœpit aut adolescere sacrosancti veritas euãgelij. Iam mihi dicãt ipsi, quæso, apud quos stationẽ suã fecerit vera Christi ecclesia per tot annorũ centurias priusquam monstrum illud horrendum ingens Lutheranę factionis emersisset: dicant inquam vbi latuerit, aut vnde petenda foret Christi sponsa ecclesia, cuius ipse etiam Lutherus disertis verbis in cõspectu solis huius se suáque scripta aliquando submiserit iudicio, & censuræ sedis Apostolicæ? Hinc saltem agnoscat ille suum (quod inficiari non potest) delirium. Statim enim vti arundo vento agitata, sibi ipsi cõtrarius, haud dubiũ quin cacodęmonis instinctu, à priore professione defecit. Dicat insup cõiuratio illa Lutherana, qua frõte sanctissimos viros iã apotheosi donatos, vita & miraculis clarissimos, quorũ doctrinam cõmendat cõmunis Catholicorum cõsensus, vita probante doctrinam, & doctrina vitam, tam contẽptim reiiciat? Antichristiani fuerunt, an verius Christiani? Iam qua fronte dicere audebunt eos ecclesiæ Romanæ adhærentes, diris fuisse deuotos, vtpote extra ecclesiam in sua sentẽtia ad mortẽ vsq; perseuerantes, quã tantùm ore blasphemo hodie Antichristianã impudentissimè appellant? Proinde quis eos non exercetur pronuntiantes spõsam Christi ecclesiam medio illo tempore fuisse inuisibilẽ, cùm suam falsi nominis religionem visibilẽ, signísq;

palpabilibus ſenſibilem profiteātur, vti ex nocturna cōiuratione apertiſſimè liquet, datis inter ſe & acceptis palpabilibus mutuæ coniurationis notis. Contrà verò, nullo non tempore noſtri Romanæ Eccleſiæ aſſeclæ diuorum cōſortio adſcripti, ſuæ profeſſionis ſacrá ſigna, ſeptem intelligo ſacramenta, integre obſeruarunt: à quibus refugæ Lutherani, ſignorum deſertores, impiè ſe ſubtraxerũt. Quid iam facias iſtis excæcatis nebulonibus, qui ſponte nemine impellente ſibi adaptant compedes & laqueos, vnde erumpere nequeant? Volunt enim (vt publicè docent, neſcientes quid loquãtur, aut qua de re enuncient) eccleſiam eſſe inuiſibilem. quę res ſi ita foret, iam inficiari haberent, ſe, ſuóſque coniuratos nihil habere cum eccleſia commune. nihil enim eis opus eis fuiſſet nocturnis latebris, ſi præſtigiis Dæmonis reddere ſe potuiſſent inuiſibiles, iuxta fabulam Apuleij in Aſino aureo. Quantum enim in ipſis erat, illud maximè optabãt, ne viderentur, néve ſentirẽtur, caliginoſæ noctis præſidio, qui tamẽ ſua ſpe fruſtrati, locum dederunt huic ſentẽtiæ. Quod timet impius, veniet ſuper eum: deſiderium verò ſuum iuſtis dabitur. *Prou 10. c.* Sed quò euadat huiuſmodi paradoxum, quo perſuadere nitũtur eccleſiam eſſe inuiſibilem, prõptum eſt expedire. Cathedra Petri ſucceſsit cathedræ Moyſi, ipſo etiam Chriſto authore: qui cùm viſibilis fuerit, neceſſe eſt vt gneſiam Chriſti eccleſiam agnoſcamus

esse visibilem. qui contrà sentiunt, negant se pertinere ad veram Ecclesiam Christi. Quid plura? Caput ecclesiæ Christus visibilẽ se præbuit, eiúsque vicarius Petrus. Quî ergo fieri potest, vt membra sint inuisibilia? Rursum Pau-
1.Corin.1.b lus ait. Idipsum sentiamus omnes, & non sint in nobis schismata. D. item Iacobus idẽtidem
Iacobi.3.a. inculcat hæc verba. Nolite plures magistri fieri. Alio item loco, Obedite præpositis vestris
Heb.13.c. & 1.Pe.3.c non modò bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc & alia innumera quid aliud docent, quàm Christi ecclesiam sensu contrectabilem & visibilem esse? Quo fit vt nec sibi constent, nec cum sacratioribus scripturæ sacræ oraculis consentiant. quo argumento non obscure prodūt nihil habere se cum christianę ecclesiæ religione commune.

Tertio iam loco sequitur ex Euangelico fonte deprompta apodixis. Attendite (ait Christus
Matt.7.c. dominus) à pseudoprophetis, quos ouium præ se ferentes exuuias, nihil aliud experiemini introrsus quàm lupos rapaces. Huius rei manifestum indicium istud est. A fructibus eorum cognoscetis eos. Vt autem res de qua agitur, apertior euadat, mox subiũgit. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Ita dico vobis, A fructibus eorũ cognoscetis eos. Iam ne-
Matt.13.c. mo hæsitat, nomine spinarum (Christo etiam authore) diuitias adumbrari, & maximè vsura-

rum

rum fœnus. Noſtri autẽ Caluinates grauiorem multo Iudaica perpetrant vſuram, & quidem ex re aliena, nempe ex pecunia à ſacris ædibus vi pluſquam tyrannica extorta, & per immane ſacrilegium vſurpata, ex qua immanes illæ Harpyiæ per tyrannidem innouata menſarios ſibi conſtituunt & nummularios, in hoc ſolum intentos, vt turpis lucri fœnore præter capitale ſuam expleant cupiditatẽ, nullo tamen aut numero explebilem, aut pondere: quin apud eos creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit: aut vt verius dicam, amplius. Sed & hoc genus ſordidiſſimi lucri pro lege apud eos haberi certius eſt apud omnes, quàm vt ſuper ea re hæſitari poſſit. Apud nos autem Eccleſiaſtica diſciplina non tam aut iubet aut cõſulit, quàm ægrè tolerat aut permittit. Neque enim poteſt paupertas huic ſe opponere torrenti. Contrà verò Caluinates fouent & alunt ſacrilegæ huius prædæ immanitatem. Hoccine eſt legem profiteri Euangelicam, de ſacrilegio quæſtum facere? quæſtum videlicet fœneratitium? pecuniam ſuam dare ad vſuram, & munera ſuper innocentes accipere, ídque duriore etiam conditione, quàm Iudaica perfidia de more ſoleat obſeruare? Quis *Eccl. 34. c.* enim hoc ignorat, quòd offerentis de alieno, ſit eius oblatio maculata? Dum igitur per vſuram exugunt ſubſtantiam pauperis, perſonam eius induunt, qui victimat

filium in conſpectu patris, & ſic quidem menſa eius in laqueum, & in retributiones, & in ſcãdalum. Auſim & illud tutò aſſerere, quòd aliquos ex noſtris ſpe lucri ineſcatos nunc inuitos detinent, qui libentiſsimè ſeſe extraherent ab illis laqueis, ſi eis liceret ſaluo ſuo capitali ſeſe extricare. Bis itaque peccant, & in religionem catholicam, dum inuitos detinent ſuis laqueis deuinctos. & in proximi libertatẽ, qui ſe agnoſcit ære alieno obſtrictũ ſordidi huius lucri ineſcatione. Sed hoc habent cum Iudaica perſuaſione commune huius fœneratitij quæſtus authores & fautores, vt ad vnum penè omnes (remordente etiam conſcientia) nolint vſuræ quæſtum ſordidũ deſerere, ne ſcilicet per ſummam iniuriam ablata reſtituere cogantur. eſt enim rapina illa eis quaſi idolorũ ſeruitus,
Hora. 2. Ser. ſat 5. & vt eſt apud Satyricũ, Canis à corio non abſterrebitur vncto. Hinc ſequutum Chriſti ora-
Luc. 16. c. culum obiurgãtis Phariſæos, qui cum eſſent auari, irridebãt eum: & inde ſcaturiit acerrima
Mat. 19. c. aduerſus eos ſentẽtia, Facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem (ſubaudi nummi lucro ineſcatum) intrare in regnũ cœlorum. Vide iam quò eos perduxerit ſua pleonexia fucatæ religionis tecta velamine. Ea vtiq; eſt cauſa potiſsima propter quam reddũtur ad ad reſipiſcentiam tardiores: nec pudet eos (vſq; adeo ſunt excæcati) factis negare, quod verbo profitentur. Cùm enim Paulum inquientem

agnoſcant: Qui furabatur, iam non furetur: & *Ephes 4. c.*
furari (vt omnes norunt) non tantùm ſit auferre quod alienum eſt, ſed & detinere ablatum: ſcire debuerãt, quòd tãto deterior eſt rei ablatę detentio, quanto diutius infœlicem animã detinet alligatam. Neque enim dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Hîc ergo mihi (tecum loquor Chriſtiane) conſidera, quò ſe proripiat Apologaſtri huius vulpina vafrities. Audet, nec erubeſcit obiter, quaſi aliud agens, Montem appellare pietatis vulgatam apud eos vſuræ voraginem, quam rectius dixiſſet barathrũ impietatis. Qui enim ſunt huiuſmodi vinculis irretiti, ſeueriorẽ quàm Iſraëlitæ ſub Pharaone patiuntur ſeruitutẽ, hęc apud ſe ſubmurmurantes: Paleæ non dantur nobis, & annuum *Exo.5.c.*
fœnus à nobis exigitur. *Aeneid.1.*

Quid nõ mortalia pectora cogis mẽſarij nũmi
Sacra fames?

Apud quos viuitur ex rapto etiam ſacrilego templorum expilatorum. Nec hoſpes ab hoſpite tut⁹. Quod enim vnus ait, alter negat, aut ſaltem impiũ eſſe cogitat. Nec ſocer à genero, ob variam religionis opinionẽ. Fratrũ quoq; gratia rara eſt. Hoccine eſt Chriſtum egenũ ſectari, an poti⁹ inſectari? qui ait: Cauete ab omni pleonexia. Valeat ergo huiuſmodi impoſtura fictitiæ religionis, quam obtrudere nititur pſeudographus Apologaſter ſuper monte illo pietatis impio. Quærat ille peregrinũ, qui cũ velit audi-

Oui.1.met. *Luc.12.b.* *Horat.li 1. Epiſt.18.ad Scænam.*

re loquentem, quandoquidē vicinia tota reclamat. Ad cętera pergo. Pręter eas Caluinicę perfidię quas annumerauim⁹, & digito (quod aiūt) designauimus notas, nō solùm suppetunt, imò verò redūdāt pleraq; alia certissima Caluinicę impietatis indicia. Quid enim si ostēdero huius calūniæ fautores suo ipsorū testimonio esse infideles? Aiūt fidē theologicā virtutē prorsus esse extinctā, si charitas desit. quod tamē cū Catholica veritate pugnat, vt mox declarabitur. Nūc illud prosequamur, ꝙ sua ipsorū assertione cēseri debeāt infideles. sunt enī peccatores, vtinā nō in peccatis suis morituri, eadémq; opera charitatis expertes. Cùm ergo fidem nullā esse dicāt nisi charitas adsit, necesse est vt seipsos agnoscāt fidei expertes, atq; adeò īfideles. Collectio quidē necessaria est: assumptū verò falsum: vtcūq; sit, ex falso sequitur verū. quo fit vt quēadmodū
1.Re.17. Goliath ꝓprio mucrone mutilatus est, ita & seipsos cōfodiāt miseri Caluinates. At lōgè aliter catholici sentiūt, suā sētētiā cōprobātes apertis scripturę testimoniis. aiunt enim fidē theologicam virtutē subsistere posse extincta etiam charitate, nec tamen quòd dicatur mortua, vti au-
Judæ.c tumnales arbores bis mortuæ, sed veluti hyemales, quæ in ramis tantùm defloruerunt caluescentes, viuunt nihilominus in ipsa radice: ídque verno appetente tempore omnib⁹ est in prospectu: sicut & fides ipsa per peccatū ad tēpus extincta, pœnitentia succedente rediuiua

virescit. manet enim peccator cessante etiā charitate fidelis. Maneāt igitur, quandò ita eis placet, infideles illi hęretici, vtpotè filij adulterini: nos verò quātúcūq; peccatores, à fide Catholicæ ecclesiæ nō discedim⁹, neq; ita despōdemus animū, vt resumpta pœnitentia à Deo veniā nō speremus, & viuificantē gratiam. Quod ergo aiunt fidem nullam esse nisi charitate formatā, perniciosissimo errore laborāt, Paulo teste, qui ait. Si habuero fidem, ita vt mōtes transferam, charitatem autē non habeam, nihil sum. Vides igitur fidē sine charitate perstare posse. Frustra autem elabi cupiētes aiunt fidei nomine intelligi aliquod donū spiritussancti. Fictitia huiusmodi euasio promptissimè eliditur. Nam Paulus illic agit, dedita etiā opera, de tribus theologicis virtutib⁹, fide, spe, & charitate: inquiēs, Fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horū est charitas. Sunt igitur virtutes theologicæ distinctę, ita tamen, vt geminæ illæ sequētes ablata fide perstare nequeant: contrà verò fides & spes deleta etiā charitate subsistere possint. Cōmētū autē illud ab eis adinuētū de dono Spiritussancti, ad rē nihil pertinet. Cæterū ad huius cōmentitiæ fictionis refutationem pleraq; nobis suppetunt testimonia, quibus ꝓbatur fidē & charitatē ꝑ se subsistere distīctas. In primis illud obseruādū ex Apostolo ad Ro. c. 2. Gratias ago deo meo per Iesum Christū pro vobis, quia fides vestra annūciatur in vniuerso mūdo. Oēs ergo habebāt fidē: nō tamē oēs habebāt charitatē.

1. Cor. 13. a

Ibidem. d.

ſic fit vt ſuperſit fides deficiente etiã charitate. Cui aſſertioni ſuffragatur ad Theſſalonicenſes idem Paulus, primæ tertio ita inquiẽs. Veniente Timotheo ad nos, & annunciante fidem & charitatem veſtram. Vbi fidem à charitate diſtinguit, quam diſtinctionem inſinuat his verbis eodem cap. Gaudemus propter vos, abundantius orantes, vt compleamus ea quę deſunt fidei veſtræ. Sed & ad Philemonem apertius loquens ait. Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciẽs in orationibus meis, audiẽs charitatem tuã & fidem tuam quam habes. vbi ſeparatim de vtraque loquitur. Sed & apud Timotheũ fidem à dilectione ſeiunctam oſtendit
1. Tim. 1. c. dum ait: Superabundauit gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ fide & dilectione. Hoc ipſum ex eodem colligitur ad Titũ. 2. Senes ſobrij ſunt, ſani in fide, hoc primùm: deinde in dilectione, tertiò in patientia. Vides fidem à charitate diſtinctam ipſi ſupereſſe charitati. Neque his erroribus contenti pſeudologi Caluinates, aliam ſibi viam mouendæ ſeditionis quærentes, in his quoque quæ ad rationem pœnitentiæ pertinẽt, à patribus longo diſtantes interuallo, aiunt ſatis eſſe peccatori ad ſolidam pœnitẽtiam, quòd illud in pectore habeat, Chriſtũ dominũ ſatiſfeciſſe pro peccatis noſtris, per precioſi ſanguinis ſui effuſionem. Catholica autem doctrina lubens amplectitur meritum paſsionis Chriſti efficaciſſimum eſſe ad diluenda peccata, opus

tamen

tamen esse veniam expectanti, ad completam pœnitentiã dolore de præteritis, & debita cautione pro futuris, suffragante quidem merito passionis Christi. Proinde mancam & mutilam partis aduersæ sententiam, ídque ex plærisque scripturę locis palàm cernere est. Facite (ait pręcursor verbi) fructus dignos pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Quòd autem magna ex parte in dolore de peccatis consistat, Paulus in epistola ad Corinthios secunda luce clarius ostẽdit. Gaudeo (inquit) quia contristati estis ad pœnitentiam, idcóque secundum Deum. quæ enim est secundum Deum tristitia, pœnitentiã in salutem stabilem operatur. móxq; sequitur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum cõtristari, quãtam in vobis operatur solicitudinem. Etiam ex his verbis palàm elicitur, ad pœnitẽtiam exigi de præterita offensa dolorẽ, cui per omnia congruit illud Lucæ in Actis tertio. Pœnitemini (inquit) & conuertimini, vt deleantur vestra peccata. Hîc vides veram pœnitentiã cõsistere in dolore de pręteritis, & cautione de futuris. Sed & istud Christus dominus suo corroborauit oraculo Matthæi vndecimo. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes, quia nõ egissent pœnitentiã. & cõtinuò subiungit, Væ tibi Corozain, Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factę essent virtutes quæ factę sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Hîc aper-

Matt.3 b.

Cap.7.

tiſsimè pœnitentiæ nomine dolor intelligitur ſuper malè actis præteritis. ea enim eſt pœnitētia, quam Matthæi 12. Chriſtus cōmemorat, dū ait: Viri Niniuitę ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ. Vos contrà Caluinaſtri omnes pro nihilo ducitis hęc omnia, veſtro vlulatu acclamantes ita Chriſtum pro nobis ſatisfeciſſe, vt nullo nobis opus ſit ſiue luctu, ſiue planctu, ac neq; & ex pectore erūpente dolore. Nos autem tametſi ex certiſsimis ſcripturæ fundamētis certò ſciam⁹ Chriſti ſanguine nos eſſe redēptos, abſit tamen vt ſola hac fide contenti, de præteritis cōmiſsis nihil opus eſſe credamus aut mœrore, aut dolore. Et vt his quibus forſan hæc tam multa minimè ſufficiāt, ſatisfaciamus, attendant ſaltē Petri lachrymas, Magdalenæ pœnitentiam, & publicani ac prodigi filij ex imis viſcerib⁹ prodeuntē cum luctu & mœrore abiectionem. Deniq; & illud pœni-
Mat 3.b. tentiæ encomiū, Facite fructus dignos pœnitētię, etiam præter conceptam ex intimo pectore fidē. His certè diſcerniculis ī procliui eſt, multis paraſangis Antichriſtianos Caluinates ab eccleſiaſtico grege lōgiſsimè diſtare, ita vt meritò deſideret quis apud eos ſenſum cōmunem, vt qui huic luci nubilum aliquod obtēdi poſſe contēdant, vt ſi quis de ſomnio cogitet in luce tenebras, aut ita cæcutiat, vt viā tentans palpet in meridie. Iam quiſquis eſt qui in ea re perſua-

ſionem

ſionem deſiderat, idem ipſe quærat in cœlo ſidera, mediiſque in fluctibus vndã. Vides quàm præceps ſit de vitio in vitium hæreticorum natura, qui non ſatis habuerunt ex propriis placitis ſe declarare infideles, niſi ſe quoq; ipſos profiterentur impœnitentes, veram abnegantes pœnitentiam. Reſtat vt illud alta mente reponant, quod Paulus ad Ro. 2. homini obſtinato improperat: Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſauriſas tibi iram in diem iræ reuelationis iuſti iudicij dei. Videat deus, & iudicet.

Pergit inſuper lubrica erronum iſtorũ improbitas ſe ipſam vincere maledictis, vt quibus parũ videatur ſubcœleſtis hierarchiæ omnes ſurſum ac deorſum reuoluere ordines, eóſque vel prorſus in nihilũ redigere, vel per ſeditionẽ interturbare: niſi etiã cœleſtibus ſpiritibus bellũ apertũ denũciantes, eorũ maieſtatẽ (quantum in eis eſt) mutilã reddere, ſuóq; cultu & honore priuare contendant. Quinetiã exutas mole ſua corporea animas (quo maximè indigent) piorũ ſuffragio atque orationibus defraudare nituntur: quo facinore ſeipſos beatorum ſpirituũ, ſupérq; cœleſtium declarant ex profeſſo hoſtes, & nullum niſi cum cacodæmonib⁹ pacificum ſibi ſupereſſe commercium, vt hoc ſolum fateri cogantur, Cum morte pepigimus fœdus, & *Eſa. 28.* cum inferno fecimus pactũ. Non hoc eſt cum beatis ſpiritibus inire certamen? in hoc ſcilicet

incumbere, vt nemo pium cultum illis debitũ exhibeat, ſed neque per pias orationes & preces ſubſidium à diuis imploret, eadémque opera, quæ cœlo terráque teſtibus, per eos toto orbe terrarum cunctis illuxerunt miracula, pro irritis & vanis habeantur? Ad hunc autem lapidem cur toties offendant chorda ſemper oberrãtes eadem, id videri poteſt eſſe in cauſa, quòd credant id omne præripi Dei creatoris cultui, quod diuis impenditur: quod prorſus tam inſulſum eſt & ſtupidum, quàm ſi quis radiorum ſolis fulgorem ipſi Phœbo eſſe incommodum putet, aut membrorũ functiones capiti, aut ſideris influxum ipſius lucis obſcurare nitorem: qua ſuſpicione nihil ridiculoſius aut dici poteſt, aut cogitari, cum hęc omnia redundent ad primæuæ ſuæ originis decus & honoré. Neque enim aut mutilatur aut minuitur Deo debitus honor, cum cultus in ſuo gradu debitus diuis impenditur. quod dum perſuadere contendũt, proprio ſe mucrone confodiunt. Ait eorũ Apologaſter, nihil habere magis in votis huiuſmodi tenebriones, quàm ſanctiſsimorum patrum, ſeu martyrum, ſeu etiam orthodoxæ doctrinæ interpretum & doctorum dici & haberi imitatores. Quod ſi verum eſt, neceſſe habent obuiis vlnis excipere ea quę ex illorum officina in lucem prodiere miracula, apud eos potiſſimũ, qui priuatis ſuis orationibus, aut publicis, eorum implorarunt auxilium. In his recenſendis

ſanctorum miraculis plurimus eſt Auguſtinus, Hieronymus, Cyrillus, Euſebius, aliique complures catholicæ pietatis firmiſsimæ columnę, & catholicæ religionis ſatores, quorum ſpermologi iſti ſe perpetuos fore imitatores pleno ore profitentur. Quòd ſi vera ſunt quæ narrãt, neceſſe habent agnoſcere veritatem miraculorum, cultúſque & obſeruãtiæ, cuius teſtes ſunt ſanctiſſimi illi patres. Aut igitur diuorum cultum agnoſcant, aut fateantur vel inuiti, patres illos ſanctiſſimos in ſcriptis ſuis vanos fuiſſe, prorſúſque nugaces. Vtrumuis dixerint, neceſſe eſt eos proprio incũbere gladio, medióſque teneri, vt quò diuertere poſſint, propriis commentis irretiti inuenire nequeant. Mendacem enim memorem eſſe oportet. Iam ergo luculenter volẽs nolens experiris Apologaſter male feriate, tuis ſermonibus te eſſe implicitum: vt quod modò aiebas, inficiari: rurſum quod inficiabare, cogaris aſſerere. Vnicũ hoc ad hominẽ argumẽtum, aliis omiſſis, quæ alio diſſeruimus loco, ſufficere debet pio lectori ad cõfutandos huiuſmodi refugas in his quæ ad diuorum cultum & honorem pertinent, & ſtabilienda eorum erga nos implorata ſuffragia.

Iam excutiẽdum ſe offert, quàm ſæuè & crudeliter purgandis animabus ſuffragia profutura ſubtrahant, mortuis hanc denegantes gratiam, vt viuorum ſuffragiis à cõmiſſorum piaculorum reliqua poſt obitum pœna ſoluantur,

Eccl.7.d. cũ tamen dicat Sapiens. Mortuo ne prohibeas gratiã. At quænã obſecro in reb⁹ humanis gratia maior præſtari poteſt,q̃ mortuo ſuppeditare id quo maximè indiget,refrigeriũ & leuamen? Ex patrũ enim ſententia,exequiæ mortuorũ,& honorifica hominis ſepultura,ſolatia ſunt viuẽtiũ potius,q̃ ſubſidia mortuorũ.Nec velim credas ꝙ defuncti celebrata memoria ad ipſius cõ modũ pertineat, verũ potius ad gratitudinem ei⁹ qui beneficia ampla ſuſcepit. Nihil ergo reſtat in quo poſsis mortuo exhibere gratiã, niſi fuſis ad Deũ precibus, vt à pœna ſubleuetur. Qui igitur negant defunctorũ purgandas animas noſtris indigere precibus, hoc ipſo dicere habent nullam mortuo poſſe præſtari gratiam: quod directè opponitur modò prolato ſapientis oraculo.Qui &ipſi omnẽ adeò exuerunt humanitatem,cæteris qui ſub cœlo ſunt, hominibus deteriores.Nam cum pro defunctis prorſus nõ orare,torpentis ac ceſſantis ſit hominis: tum verò ne quis eis ſuffragetur, prohibere ac vetare,hominis eſt planè peſtilẽtis,& infra cõmunẽ humanitatis gradũ ꝓſtrati ac deiecti.Iſti verò neq; orant,neq; alios orare permittũt: cũ ex totius eccleſiaſticæ religionis vſu & conſenſu,à beatiſſimo hierarcha Dionyſio ad nos vſq; deuoluto,omnium auribus inculcatum ſit.

Iob.19.c. Miſeremini mei,miſeremini mei,ſaltem vos amici mei,quia manus domini tetigit me. Sed ſurdo quod aiunt,apud eos canitur fabula.Illud enim

ſibi perſuadēt,nō vna impietate cōtēti, Machabęorū libros extra canonicū ordinē eſſe relegatos,nō ab Hebręis tātū,imò verò à noſtrę quoque religionis profeſſoribus. Qua in re bis errāt. Primū,nihil ad nos de Hebręis. neq; enim Hebræi ſumus,ſed Chriſtiani. Quin & ipſi debuerant ſcire libros Machabæorū à diebus D. Auguſtini,cōſentiente concilio Carthaginēſi, necnon & ſacris aliis comitiis,pro ſacroſanctis habitos fuiſſe,& eſſe receptos. Ideóque in Canone,Ego ſolis nō ocioſè hęc verba leguntur. *Diſtinct. 9.* Ego ſolis eis ſcriptorū qui iam canonici appellantur,hunc didici timorem honorémque deferre,vt nullum eorū ſcribēdo erraſſe audeam credere:aut ſi quid in eis offendero quod videatur cōtrariū veritati,nihil aliud exiſtimē, quàm mēdoſum eſſe codicē,aut nō eſſe aſſequutū interpretē quod dictū eſt,aut me minime intellexiſſe nō ambigam.Hîc mihi vide incredibilem D.Auguſtini modeſtiā,ꝙ maluerit ingenio cedere proprio, q̃ aliquid adimere de codicū authoritáte qui ſuo tēpore pro canonicis haberētur.Quæ res ſi his tēporibus locū haberet apud hæreticos,pax eſſet,& trāquillitas reb⁹, magna videlicet cōtētionū parte extincta & abſorpta. Sciebat ille antiſtes religioſiſſimus ſua potiſſimum ætate in canonicum ordinē eos fuiſſe relatos, eorúmq; authoritatē apud poſteros fore ſacroſanctá, ita vt euaneſcat inanis hæreticorū fabula.Verùm vt demus reliquā huius hiſtoriæ

portionẽ apud Iudæos eleuari,nec prorſus pro inconcuſſa haberi: illud tamen ex eorum vſu ad hæc vſque tempora certum eſt, defunctorum memoriam haberi pro ſacroſancta: vt qui quoties ex viuis defuncti hominis memoria recenſetur, illud habeant ſemper in ore, Anima eius ſit in faſciculo viuẽtiũ. Quòd ſi nulla ſpes eſſet futuræ ſalutis, ac fœlicioris ſtatus, fruſtra illis bene precarentur,hoc apud ſe reputantes, eum cui bene precantur,aut Orci familiæ, aut certè cœleſtium conſortio ſpirituum perpetuò fore addictum. Qua ratione obturantur ora loquentium iniqua. Scire enim debent ſe ea in re abdicatis Iudæis eſſe deteriores. Verùm vt vltro admittamus,ea quæ dicta ſunt, non ſatis habere ad noſtram perſuaſionẽ mométi, quod tamen ſalua religione nec dici poteſt nec cogitari,hîc mihi dicant aduerſarij. Si vnus aliquis ex eis conuiuas nonnullos ex ſibi amiciſſimis per occaſionem ad epulas inuitaret, támne eſſet ille inciuilis, & vſque ad barbariem ſordidus, vt non mallet aliquid ſupereſſe cibi poſt ſublatas epulas,mẽſáſque remotas,quàm quòd ſedentibus adhuc conuiuis aliquid deſideraretur? Aut potius vbi quis in hoc vacillaret dubio,quis nõ malit certũ tenere,incerto relicto? Satius igitur fuerit in celebrãda defunctorum memoria propenſo animo pias effundere preces ſi quid ſuperſit, quàm ita deſpondere animum, vt in præſtandis ſubſidiis aliquid deſit.

Quid

Quid quòd reliquiæ ipsæ futuræ nō sunt inutiles, sed potius in rem domini in præsens & in posterum profuturæ: idque ex Christi sententia inquientis. Cum aliquam domum intraueritis, dicite, Pax huic domui, & omnibus habitātib⁹ in ea: & si fuerit in ea filius pacis, super eum manebit pax vestra: sin autē, ad vos reuertetur. Idē dixeris de suffragiis quæ mortuis impenduntur. Quo fit vt nedum turpiter sibi noceat, imò & ad proximum crudeliter se habeat, qui nedum negligit, imò & sæuissimè prohibet suffragia offerri pro mortuis; vt qui scire debeat huiusmodi subsidia aut defuncto, aut sibiipsi profutura. Qua in causa grauissimè offendunt Caluinici tenebriones, qui potius Paulū audiuisse debuerant inquientem. Quomodo euitabimus iram Dei, si tantam neglexerimus salutem? Comparāt enim sibi dedecus æternū, & inestimabile detrimentum, dum diuorū cultum, honorémque eis debitum obnubilare nituntur. Rursum quis neget eos fore hagiomastiges, neque hoc scelere cōtentos, eorum memoriam ex hominibus delere cupiētes? In hoc enim intenti sunt, vt sacras ex oculis piorū tollant imagines, ex quarum contemplatione, illorū memoria ad nos vsque perdurat, ad posteros etiam in lōgam proroganda ætatem. Eiconomastiges itaque æstimandi veniunt. Cum autem defunctorum memoriæ, precum subsidia denegent, quódque deterius est, abnegāda

Luc.10.a. *Hebr.2.a.*

doceāt: quis non meritò eos veros esse Psychomastiges credat? Sic fit vt in Cerbereos canes diabolica arte transformentur, dum tricipites vno ore oblatrāt, altero arrodunt & mordent, tertio autem vulnera suorum cōiuratorum veluti palpones lingua virulenta leniunt & fouēt, mollitis suis sermonibus super oleum, cum ipsi sint iacula. Tametsi autem ea in re argumenta redundant, vnica tamen quæ mox subiicietur Tertulliani machina ad has religionis abigendas laruas sola sufficere poterit. Quis enim credat hos fungos vna tantùm nocte creatos, Apostolicæ & catholicæ disciplinæ solos hæredes? qui cum sint nuperi, ac penè externi, ita tamen cristas erigunt, vt gnesiam religionis medullam sibi adscribere non erubescant, neglecto Diui Pauli in eos vibrato improperio, quo ita percontatur ironice. An à vobis verbum Dei potissimè prodiit, aut ad vos solos peruênit? Sed quis tam stupid⁹, vt vel de somnio cogitet nouitios istos tyrones è nido implumes nuper extractos, veræ pietatis ac doctrinæ fastigiū tā repentè attigisse, vt tertios credas è cœlo cecidisse Catones? Discāt Analphabeti isti vetus illud adagium: Diu disce, quod maturè doceas. Attēdántq;, si quid mētis habēt, illud Pauli ad Hebreos. v. Nec quisquā sibi sumit honorē, nisi vocat⁹ à deo tāquā Aarō. Rursum, Quomodo prædicabunt, nisi mittātur? Qui cū illis desint omnia, quo tandē indicio, quáve præeunte cer-

Psal. 54.

1. *Cor. 4. g.*

Roma. 10. c

tiore nota,seu vitæ seu etiã doctrinæ, aut certè miraculorum, suã stabilire possint ambitiosissimã assertionem? Tritum est illud Hieronymi,

Quod medicorum est, Horat.lib. 2.Epist.

Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

Scripturam autem apud istos Epicuri de grege porcos, delirus senex, clamosa mulier, garrula anus, sophista verbosus, rabula forẽsis, suo quisque iure obscurare potius & inuertere, q̃ explanare contendit: & quod latinè non audent vel nequeunt, vernacula lingua deprauant: vt balbũ balbus procliuius intelligat. Paulus ad Hebræos capite secundo suã argutissimè comprobat doctrinam, ita inquiẽs. Quomodo effugiemus iram dei, si tantam neglexerimus salutem? Hæc enim cum initium accepisset enarrãdi per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis & portentis, & variis virtutibus, & spiritussancti distributionibus secundum suam voluntatem. Hæc ille. Iam cum nouæ se profiteãtur authores disciplinę & doctrinæ, vnũ è duobus agant, aut legitimis indiciis palàm comprobent quæ in tenebris effutiunt, aut sese intrudant in perpetuas latebras. Porrò q̃ longè absint ab huiusmodi instituto, rem totam Paulus aperit, nõ sine graui improperio. Cũ deberetis (inquit) magistri esse propter tempus (vestra subaudi opinione) rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij (vt ne dicam fastigia) sermonum Hebr.5.d

dei:& facti estis quibus lacte opus sit,non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. paruulus enim est. Hæc ille. Quis iá Apelles aptiore penicillo depingere potuisset viuam Caluinicæ impietatis imaginem? Viuam inquam illam, arte quidem commendabilem,re autem designata summopere deformem. Quo enim pictura illustrior, eo res figurata(per se quidé turpis)solet esse deformior. Id quod in Cacodæmonis imagine promptum est experiri. Proinde nihil illis com-

Hiere.3.b modius optes, quàm vt meretricia (iuxta Prophetæ desiderium) fronte abiecta, discant aliquando erubescere. Illud enim interim accuratissimè obseruandū est,quòd immane istud hęreseos apud peruicacem facinus, supplicio expietur extremo. Vbi verò quis culpā agnoscens iuxta regulam iuris resipuerit,legitima illi pœnitentia, vnà cum recantatione publica iniungatur, scripto & iuramento vallata. Qui verò nondum conuictus aut confessus vehemēti laborat suspicione, cōmoda purgatione culpam detergere habeat,ea lege,& omine, vt si cōtingat eum in vna aliqua hæresi deinceps deprehendi,se submittat pœnæ relapsi. Per ea itaq; quæ longo ac multiplici verborū decursu nuper probauimus aduersus Caluinates falsæ à vera religionis discernicula, satis superque cōstare potest oculato lectori,q̄ procul absint Christiani illi mythologici à syncero quem sibi (de

se

ſe ſi creditur illis) falſò adſcribũt catholicæ religionis amplexu, cum nihil minus præſtent, q̃ quæ ſibi impudenter adſcribere non verentur Chriſtiana quæ ex patrum traditionibus ſacris nobis illuxerunt defecata dogmata, à quibus non tantùm diſcrepát, verùm tota illis diametro aduerſantur. Tertullianum enim, quem pro ſuis placitis tuẽdis à parte ſua ſtare minime verentur aſſerere, aduerſus eos pugnare facilè deprehenditur, his verbis. Nõ Chriſtiani (ait) nullum ius capiunt Chriſtianarum literarum, ad quos meritò dicendum eſt, Qui eſtis? quando, & vnde veniſtis? quid in meo agitis non mei? Quo denique Marcion iure meam ſyluam cædis? qua licentia Valentine fontes meos tranſuertis? Qua poteſtate Apelles limites meos cõmoues? Quid hîc cæteri ad voluntatẽ veſtrã ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo: habeo origines firmas ab ipſis authoribꝰ quorũ fuit res. Ego ſum hæres apoſtolorũ. ſicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fideicommiſerunt, ſicut adiurauerũt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt ſemper & abdicauerũt vt extraneos & inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſq; de ſuo arbitrio aduerſus apoſtolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur & ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ. Hæc Tertullianus. Quo vno exẽplo cę-

De præſcr-ptionib. ad-uer. hæret.

tera eorum commēta facilè intelliges, cum inaudita quadā histrionica simulatione suos anti signanos pro antesignanis incautis audiētibus & videntibus obtrudere minimè vereātur. Verùm frustra iacitur rete ante oculos pennatorum defecatos, vt qui optimè norint separare preciosum à vili, purúmque ab impuro. Vt ergo seipsum supra communem cæterorum aleam impietate vinceret, non formidauit, sed neque erubuit Apologaster ille totius author tragœdiæ, aliqua in publicum proferre, quæ manifestum præstant argumentum perniciosæ in Rempublicam vniuersam conspiratiōnis, non circa res tantùm politicas, imò verò spirituales & diuinas. Quid enim apertius eo quod sponte profiteri malè feriatus ille impostorum seditiosissimus ausus est, vniuersum videlicet orbem Christianum, non regnum tantùm Christianissimū, Caluinicæ professionis præstigiis sparsim esse imbutū: per fora, pérque lares, vicatim ac domesticatim iam esse fermentatum? Quòd si modicum fermentum totam massam corrumpit, quid breui futurum censebimus, nisi euestigio illis se opponat secularis potestas, imò & Regia ipsa maiestas? Non enim sine causa gladium portat. dei enim vindex est in iram. quin & ob eam potissimùm causam solita tributa præstamus. Quòd autem ad me attinet, vix adduci possum vt credā rem ita se habere, vti eā describit impostor. Vtcunq;

Prouer. 1. c.

1. Cor. 5. b.

Rom. 13. b

tamen

tamen sit, principiis obstãdum est, alioqui serò medicina paratur, cum mala per longas cõualuere moras. Vnũ miror, Quis furor ita demẽtauerit ea spargere in vulgus, quibus nõ obscurè coniici possit, eos ita cristas in sublime erexisse, vt quoties volunt, promptum sit vel nutu solo aut sibilo per orbem Christianum vniuersum turbas excitare posse, quibus obuiã ire nemo queat? Sed, ô deus, ô superi, hãc à seculis nostris auertite pestẽ, quæ nisi manifesta est cõspiratio, non video quid appellare possimus coniurationem. Nihil restat, nisi fruticantẽ ac penè etiam iam adultã retundere rebellionem. Satis superq; cessatum est in comprimenda ea quam dormiẽtibus hominib⁹ inimicus homo superseminauit zizania, cui simile nulla ante nos secula aut fando audierunt, aut legẽdo perceperunt. Quid quòd pestilẽs ille Apologaster vernaculo potius quàm latino mentem suam aperuit eloquio, nisi quòd illud habuit peculiare, aut mulierculis (quarum nubila mens est) aut certe gloriosulis quibusdam sua prodere arcana. Procliuius enim est ad explendam suæ cupiditatis vafritiem, viduarum domos penetrare nõ sine spe vberioris lucri, aut lautioris mensæ, sexui imponere muliebri, atque adeò immaturæ ætati, & semidoctæ ignorantiæ, cum sciant iudicia eorum mutila, & ad ferendam sententiam inualida. Ideóque facilius labuntur in errorem, difficiliúsq; post lapsum resurgunt,

Ouid. lib. 1. de remedio amoris.

impresso semel correctionis odio, quę sanè versutia est plusquàm diabolica. His accedit quòd idem ipse sibi videtur male conscius, cum suis tutus latebris sibi sperat comparare impunitatem: sed dies aliquãdo veniet, in qua dominus
1. Cor 4. a. reuelabit abscondita tenebrarũ, & secreta cordium: cuius mysterij reuelationem, domino id iubente, præuênit Geneuensis nomenclatoris ac tabularij mors intempestiua, qui dum aufugeret sibi quærens latebras, in plaustrũ impingens euadere cupiens, Iudæ proditoris instar fugiens crepuit medius: tantùm non sunt diffusa viscera eius, sed paulo momento in terram prostratus occubuit, nullo resipiscentiæ signo
Psal. 33. d. dato, suo exemplo docẽs quòd sit mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum, delinquent. idque multis antea seculis futurum præsagiit apostolus primæ ad Timoth. 5. ca. Quorundam hominũ peccata manifesta sunt præcedentia iudicium, quorundam autem subsequũtur. Erubescite nebulones perditissimi, nedum errantes, imò & (quod omnium est deterrimum) alios in errorem mittentes, quibus propria saltẽ perditio satis esse debuerat. Rursum quis fœlicem exitum sperare possit ex conuenticulis & Sathanæ synagogis, quarum pars maxima constituitur ex vndecũque accersitis propriæ professionis desertoribus, votifragis in omnem turpitudinem fœdissimè collapsis, nullo non genere stupri aut adulterij inquinatis,

quos

quos ob eã causam, q̄ à familia quam ingressi fuerant, decesserunt, ne cogerētur regularis disciplinæ perferre iugũ, apostatas meritò dixeris: qui cum sibiipsis nequã fuerint, quomodo aliis boni erunt? Quis nisi mentis inops spem aliquam colligere possit in vera felicioris religione prouentus priusquam hæc fiant?

Terra feret stellas, cœlum findetur aratro.

Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.

Deniq; Omnia naturæ præpostera legib⁹ ibũt. Et audent miseri Caluinates ex huiusmodi hominũ sordidissima fece suos agglomerare conuētus nulla non sorde cõtaminatos, quasi verò possit Æthiops mutare pellem suam, & Pardus varietates suas. In hoc enim solum incumbunt, vt licentius ac liberius propriis vacare possint desideriis, & voluptatibus carnis, veluti Onagri in deserto, quos his verbis taxat Paulus prioris ad Timotheum 6. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctorinæ, superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidię, contentiones, blasphemiæ, suspiciones, malæ conflictationes hominum mēte corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quęstum esse pietatem. Ideoque de his Psalmista cecinit. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis, donec Psal. 80. ē

fodiatur peccatori fouea. Tunc cognoſcetur dominus iudicia faciens, vbi primùm in operibus manuum ſuarum comprehendetur peccator. Sed & conuertentur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiſcuntur deum. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patiẽtia pauperis non peribit in finẽ. Hæc cum ita ſe habeant, non parum momenti ſecum aduehit rei de qua ad præſens agitur, & à pleriſque recenſetur, enarratio. Fides ſit penes authores, nihil enim præter auditum habeo. Mirabar ego, mecúmq; vſque ad ſtuporem plurimi, vnde tam inſueti & inauditi facinoris temeritas irrepſiſſet, quòd ſcilicet non adoleſcẽtulæ tantùm, imòverò & maturioris ętatis potius quàm morũ grauitatis matronę, non tam ad phœbęæ lucis, quàm ad dubium lucernæ ſplendorẽ precioſis ornatæ monilibus ſe conſpiciẽdas vltro obtuliſſent, ídque dum profundum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium penè iter haberet, noctu quidem intempeſta. quas ea potiſſimùm mente in vnum conueniſſe aiunt, vt coniurati mutuò fœderis ſigna profiterentur. Res ſcilicet digna nouis annalibus, quòd promiſcuæ ætatis, & ſexus, imò & linguę & nationis collectitia turba manus inter ſe cõcederent, & pactum ſacramento firmarent, initámque inter ſe coniurationem, nullis in eam rem aduocatis arbitris, præter vnum & alterum totius nauigij clauum tenentem, & è ſuggeſto

geſtò approbantem pſeudologum præconem, imò verius prædonem, quem conductitium prædicantem vocant. Hæc (vt à cæteris prudens abſtineam) quis non vſque ad ſtuporem admiretur tam inaudita prodigia? Sed hanc temeritatem (vt ne inſaniam dicã) pręſens continuò pœna ſecuta eſt, cum ſcilicet excitato à tota vicinia motu (media enim nocte clamor factus eſt, Venite) omnes qui illi negocio aut præerant, aut aderant, ſtatim effugere cœperunt, & ſeſe coniicere in latebras. Hanc momentaneam fugam mox ſecuta eſt mundi iactura muliebris, vnà cum monilium precioſorum direptione. & hic fuit fabulæ huius triſtis exitus. Sed quid fabulæ dixi? imò ſcenæ potius quàm (vt ipſi appellant) Cœnæ dominicæ apoſtrophe. Ego verò iſthæc mecum animo voluens, ac reuoluens, non potui non recordari argutiſsimi Eſaiæ vaticinij, ſui temporis impietatem inſectantis, his ad literam verbis, 3. capite. Et dixit dominus: Pro eo ꝙ eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerũt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebãt & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant: decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia,

& periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures & annulos, & gemmas in frõte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Si ad hęc non dormitasset clandestinæ suæ censor synagogæ, statim pronunciare debuerat hanc conueniendi formulam Deũ potius ad iram prouocare, quàm irati mitigare furorẽ. Non enim turgente fastu, quin potius deiectis in terram oculis ira dei mitigatur, teste in eam rem Iohelis Prophetæ vaticinio cap. 2. Nunc ergo, dicit dominus, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu & in planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiẽs, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia, Quis scit si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem? Sacrificium & libamẽ domino deo nostro. Canite tuba in Siõ, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiã, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent,

Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobriũ, vt dominentur eis nationes. Hac ſcilicet methodo, his potiſsimũ artibus pacanda erat ſummi ira tonantis. Vnde igitur tanta in eis ſupinitas & mentis & ingenij, vt ad hæc non aſſurgerent? Nemo ſuper hoc hæſitat, quin hæc ſint fœminei certiſsima ſigna pudoris, deiecti in terram oculi, plus iuſto elatæ demiſsio frontis, depreſſa ceruix, linguę pauciloquium, manúſque in cœlum erectæ. Vulgatum eſt enim illud: Sex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſsimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordiam. At quæ peſtilentior zizania vel exprimi poteſt, vel cogitari, quàm ſectas ſerere inter Chriſtifideles multis in poſterium ſeculis perduraturas? & cum anima plus ſit quàm eſca, quæ maior ſæuitia, quàm pro aris & focis excitare ſeditionem? Quod autem peſtilentius mendacium, quàm nouas circa religionem ſectas adinuenire, & inuentis mordicus adhærere? & ad hæc omnia, iuxta prophetæ ſententiam, filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem. Audiendus erat

Prouer. 6. b

Hiere. 7. d.

D. Petrus prioris canonicæ tertio. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperantes in deo, ornabant ſe ſubiectæ propriis viris. Si quis autem in eam rem plura deſiderat, Paulum audiat priore ad Timoth. 2. in hæc verba differenrem. Volo viros orare in omni loco leuãtes puras manus. puras (inquit) potius quàm ornatas, móxque ſequitur. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Sed quorſum hæc tam multa, támq; alto repetita principio? Non in aliud (ita me deus amet) quàm vt in hoc ſpeculo ſuam faciem cõtẽplantes, tandem deſipere deſinant, detecto iam vulnere. Primus enim ad ſanitatẽ gradus, eſt agnitio morbi. Contrà verò ille dolore vincitur, qui dolorem dolendo non patitur, vt qui propriæ ſalutis immemores, ſuas ipſorum familias ſub

prætextu

prætextu religionis, ipsa experientia teste, contaminatas permittendo reddiderunt. Quid autem atrocius crudeliúsve dici potest, quàm propriæ (qua nihil homini charius in rebus humanis esse debet) familiæ curam relinquere? Qui hoc ignorat, audiat Paulum loquenté. Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Super hoc adumbratè Hieremias lamentabili voce conqueritur. Lamiæ (inquiens) nudauerunt mammas, & lactauerunt catulos suos: filia verò Sion crudelis sicut struthio in deserto. Atqui atrocior est crudelitas, prolem suā immedicabili veneno intoxicandam exponere, quàm dubio euentu deserere. Nunc autem passim audimus seruos & ancillas, insuper & promiscui sexus adolescentes & adolescétulas hoc veneno semel infectas, vix vlla persuasione ad auitæ religionis orbitam posse reduci. Sunt enim genimina viperarum, ipsis plerunque viperis pestilentiora. Ex conuenticulo itaq; ea quam diximus nocte celebrato, promptè colligitur muliebris ingenij inflexibilis audacia, dum semel animo concepit propriis inseruire affectibus, ita vt iacta semel alea, à proprio remoueri nequeat instituto. Quanuis enim variū & mutabile semper fœmina di catur, ipsa tamen constans mobilitate sua est: in cæteris autem rebus nihil in toto inconstantius orbe. Est itaque perseuerantissimè vacillans, & in vacillando per-

1. Timo. 6. a

Thre. 4. a

seuerãs, vtpote cogitatione vaga, & quietis impatiens. Proinde vulgatum super ea re circunfertur distichon.

Quid pluma leuius? æther. quid & æthere? ventus.
Quid flatu? mulier. quid muliere? nihil.

Semper cognoscitur ad sectãdas nouitates propensa, sui prodiga, alieni appetẽs. Id liquet nostræ protoparentis exemplo. Et quia rixas parere solent nouitates, ideo rixosa experimento cognoscitur. Nam vult, non vult, dissimulat, simulat: secúmque sibi cõtraria pugnat. De quibusdam loquor: cęteras excipio, quas heroides fuisse experimento didici, eas potissimùm intelligẽs, apud quas tam parum valuit nouæ religionis rumor & opinio, vt nũquam à proposito dimoueri potuerint. neq; enim sibi timuerunt à timore nocturno, à sagitta volante in die (strepitus popularis & murmuris) à negocio perambulante in tenebris, cum paratę essent illis insidiæ: sed neque (mirum dictu) ab incursu & dæmonio meridiano, in eodem semper tenore vultus persistentes. Adeò autem peruicax est in stultis quibusdam audacia, vt eam licet expellas furca, tamẽ vsque recurrat. Pro nihilo enim habent diui Pauli oraculum ita iubentis. Abiiciamus opera tenebrarum, nempe conuẽticula cum laternis, facibus, & armis celebrata. Qui enim in tenebris ambulat, nescit quò vadat: ideóque nescierunt, neque intellexerunt,

Psal 90 · *Horat. li. 1. Epist. 10.* · *Rom 13 d* · *Ioan. 12. f* · *Psal. 81. a*

xerunt,in mediis ambulantes tenebris. Móxq; ſequitur: Induamur arma lucis, cum Christus dicat: Qui male agit,odit lucem,vt nō videantur opera eius. Contrà verò qui facit veritatem, venit ad lucē,vt videantur opera eius, an à deo ſint facta. Audiendus itaque erat qui ait: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. ſicut filij lucis ambulate. Quod quia ſtultæ illæ neglexerunt, in ipſa luce media in vincula coniectæ ſunt,proprij pudoris & ſalutis immemores. Sed durum eſt contra ſtimulum calcitrare. Et cum hæc ita ſe habeant, videri tamen volunt ſinceræ religionis ſectatrices, cum verius ſint inſectatrices. Illud autē mirum, quòd eas non aut conſeruandi pudoris ſtudium, aut tuendæ familiæ cura,aut ſanioris cōſilij cohortatio potuit peruincere quò minus inceptum perſequerentur iter. At neque his contentæ tumultibus prodigioſis,inauditas ſibi teſſeras excogitarunt,quibus cœtus illos ſigno aliquo dato adunare poſſent. Nos ſub auroram ſigna dare ſolemus campanarum tinnitu, quibus Chriſtifideles ad communem orationem concionémve inuitentur: cōtra verò turba illa pro ineunda congregatione,aduesperaſcēte die, tormentorum bellicorum bombos ac boatus ſibi data opera delegerunt. Turbatæ ſunt gentes,& qui habitant terminos,à ſignis iſtis, quòd ſcilicet ſecta illa, matutini exitus & veſpertini ingreſſus teſſera delectaretur. Signa ſiquis velit

Ioan.3 c

Ephes. 5 b.

Act. 22.b

Psal.64 b.

opponere, nedũ diuerſa cognoſcet, imò & aduerſa: inſtar illius de Didymo quodam Epigrammatarij.

Inſequeris, fugio: fugis, inſequor: hæc mihi mens eſt:
Velle tuum nolo Didyme, nolle volo.

Et cum hæc ita ſe habeant, fucatè tamen ſimulatis dictis & operibus cenſeri volunt eximiè fideles, aliis etiam reiectis. Sed nulla fides laruis, ideóque nulla impoſtura ſequetur. Tanta enim eſt diſcrepantia inter euſebiam eccleſiæ, & ſynagogam Satanæ, vt quiuis etiam cęcutiẽs hanc ab illa nullo negocio diſcernere poſſit. Signa eccleſiæ potiſſimùm diurna ſunt, Synagogæ verò nocturna. Illa ſunt ſacra, per verbum dei, & orationem ſanctificata: iſta verò execrabilia, & prophana. Illa pacifica, iſta tumultuaria & bellica. Illa inuitant ad ſacras conciones, iſta ſuis bombis etiã è longinquo abſterrẽt. Illa leniter aurem deleniunt, iſta ferociſſimè aërem feriunt. Illa ſonant, iſta tonant. Illa ſpirant cœleſtem melodiam, iſta verò cõſpirant inter homines cædes, mortem, & diſcordiam. Illa euocant, iſta auocãt ſuos auditores. Illa congregãt, iſta diſpergunt & diſgregãt. Illa pulſant ianuas paradiſi, iſta verò credas organa inferni. Illa ſolicitant ſuperos, iſta omnia interturbant vſque ad inferos. Suo illa pulſu grata ſunt, iſtorum nomina ſunt ſolo penè timenda ſono. Illa cenſentur tintinnabula aërea & ætherea, iſta verò tormenta

menta passim dicũtur ænea. Illa cœlum tempestatésque serenant, ista verò fragorem fulminis imitantur. Illa citra noxam somnolentos excitant, ista verò nihil aliud quàm ignem flammeũ euomunt, fumos grauiter olentes emittunt, & saxa globulósve obuia quæq; conterentes propellunt. Ista sunt arma tenebrarum, illa verò lucis. Hæretici enim in mediis tenebris cõfœderatos suos in vnum conuocant tormentorum æneorum indicio: nostri verò abiiciẽtes opera tenebrarum, fideles suos ad cõmunem synaxin celebrãdam alliciunt. Ista furiosa, illa pacifica. Ista rixosa, illa modesta. Vides vel à signo solo quãtum intersit inter cœtus istos iniquos, nihil aliud spirantes quàm cõiurationem, & nostros prouocantes ad orationem. Neque enim aliud indicant, aut admonent, quàm quod dici solet, Nosse seipsum, & super omnia deum, iuxta illud distichon.

Scire quidem linguas, res est nõ infima: verùm
 Cum bene te noris, maxima nosse deum.

Synagoga verò Satanę ex diametro diuersa, nihil aliud docet hortatur & admonet, q̃ Babylonicã & sermonũ & cogitationũ cõfusionem. Ecclesia inculcando hortatur conuertere gladios in vomeres, & lanceas in falces, ad fructus iustitiæ metẽdos: synagoga verò hæreticorum nihil aliud quàm infœlix lolium profert, spinásque & tribulos, steriles auenas, & grauiter olentem zizaniam. Ecce tibi lector proposui Esa.2.4

ignẽ & aquam. Ne ſis ita improuidus,vt ſciens & prudens in flammam mittas manum. Quod cũ facere neglexerit genus illud imbecille fœmineum, optaueritque magis tenebras quàm lucem,nihil mirum ſi quas ſibi fabricauit com pedes,geſtare cogatur. Et hi iampridem agno-
Pſal.73.b ſcere debuerunt illud Pſalmiſtæ. Signa noſtra non vidimus,non eſt apud nos propheta. Propheta inquã religioſus,ſed potius pſeudopropheta ſeditioſus. Nihil ergo mirum ſi catholica eccleſia nos non cognoſcat amplius. Tu verò ne crede huiuſcemodi fœminas, licet malè feriatas,primas in hac peſtilentiſſima tragœdia occupare partes. Deteriores enim ſunt, qui illis ſunt à ſecretis,amanuenſes, aut certè ab arcanis conſiliis. Iſtę tantùm adſunt,illi verò pręſunt vt defenſores. Sunt autem omnes prorſus execrati,diríſque deuoti. Et hæ clientum, illi verò patronorum perſonam induunt. Quódq; magis mireris, quos oportebat eſſe criminis vltores,ſe præbent(tametſi occultè & tectè) authores potius quàm ſuggeſtores. Et hoc ſcelus eſt delebile multo verbere, ſupplicio culpa pianda graui. Denique quos pro ſyncera fide tãquam fidos canes excubare ſperabas, hos tãdẽ ſæuos experiere lupos,hæc apud ſe ſubmurmurantes: Omnia faciamus, & nihil feciſſe vi-
Pſal.63 b. deamur. Verùm aſcendet homo ad cor altum, & exaltabitur deus: & ita exaltabitur, vt ſagittæ paruulorum penetrẽt corda eorum,qui co-

gnoſcetur iudicia faciẽs, cum hic ignoretur ad miſericordiam inuitãs. Ait enim: Cũ tẽpus accepero, ego iuſtitias etiã ipſas iudicabo. Mulierculæ verò de quibus iam diximus, iſtę Arabicæ ſunt tibiæ, ventoſæ tamen & vocales, vti hiſtrionum imagunculæ: Suggeſtores verò fabulæ totius, canori ſunt artifices, ac veri etiam auletę. Hi enim canunt, reliqua tantùm ſuccinente turba muliebri: quæ vox tantùm eſt ſuggerẽtium in ſecreto, in hoc ſolùm incumbẽtium, vt viam pręparent Antichriſto, & directa mutent in praua, & vias rectas in aſpera: & valles imas errorum erigant in montes, & humilima quęque in colles. Denique nequitia deſcendunt ad inferos, animi verò tumore latenti ſeſe proripiunt vſque ad cœlos. Dicas eos commoueri velut ebrios, animas eorum in ipſis tabeſcere. etenim eſt antitheſis Antichriſti ad ſynceram Chriſti religionem ex diametro habita ratione. Hoc loco proſequerer quæ dicenda ſunt plurima, & ea quidem nec leuia nec modica, niſi nauſeam parere auribus delicatis vererer. hoc vnum dixiſſe ad præſens ſufficiet, quòd me mecúmque plurimos male habet, videre nonnullos patriæ eiũratores in Reipublicæ viſcera coniuratos, immane hoc facinus auſu ſacrilego attentaſſe, tragœdiámque hanc in penitiſſimo Galliarum centro ac meditullio publicè agitaſſe, in vrbe videlicet Pariſiorum toto orbe Chriſtiano florentiſsima, & citra omnem con-

Pſal 74.

trouerſiam præſtantiſſima,& ita agitaſſe,vt ſuæ perfidię virulenta ſemina ſparſerint, & execratiſsimæ impietatis vexilla expanderint,adeò vt nihil penè reſtaret, quàm vt clangore tubæ canerent epinicium : his notis non obſcurè indicantes,ea mente ſe hæc omnia attentaſſe,vt funditus eruerent,& radicitus extirparent iampridem quæſitũ Chriſtianiſſimo regi & regno magna indole titulum,vt pro chriſtianiſsimo tandem Antichriſtianus appellaretur.O facinus ſacrilegum : O antea omnibus inauditam ſeculis impietatem,quòd latentes talpę,aut ſi mauis mures è ſuis latebris erumpẽtes,id facinoris aggredi attentarint, ita vt eos nec timor nec pudor ab incepto auerterint. Nos verò quaſi talpis cæciores videri velimus, in vtranque aurem ſecuri dormientes ſtertimus. Nos inquam,& qui Reipublicæ præſunt nomophylaces, nihil minus cogitantes, quàm quod veritas nos monet:

Matt.24 d Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Illud pro comperto habent quicunque veterum monumenta perluſtrarunt, fuiſſe aliquãdo in Gallicana Repub. (magno tamẽ ſuo malo) hæreticos damnatos, pauperes Lugdunenſes, Albigeſios, Begardos & Begardas, Beguinóſque ac Beguinas, alios item barbara ac ſordida voce Turelupinos appellatos, inſuper & Valleputaudos, vulgo la Vaupute, at nunquam fando

quam fardo auditum hactenus fuerat, in ipso orbis Gallici meditullio caput erexiſſe Caluinates in Chriſtianam religionem ex profeſſo hoſtes coniuratos, vt qui ſibi ſynagogas erexerint, & in eis Antichriſtiani dogmatis præfectos inſtituerint, quos miniſtros verbi appellant; idque apud Andegauos, Neuſtrios, Pictones, Lugdunenſes, ac demum Pariſios: adeò vt nihil iam reſtet niſi vt maria ac terras, cœlúmque profundum Confundant rapidi ſecum verrántque per auras. Ad hæc niſi aſſurrexerint, idque confeſtim, quorum intereſt huiuſmodi ſacrilegos auſus condignis caſtigare flagellis ad poſteritatis exemplum, nihil aliud expectandum quàm vt actum eſſe conclametur de vniuerſa Chriſtiana Republica. At at ſera erit in fundo pœnitentia. Cauendum enim ne dicatur, Hîc ſeges eſt, vbi Troia fuit, omni ſpe ſalutis adempta. Hîc (inquam) fuit Gallica illa Hieroſolyma, quæ quondam ædificata fuit vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum, propter commune municipum votum & conſenſum. Sed & illuc aſcenderunt tribus, tribus Domini, ex omni ſcilicet natione fideles, celeberrimam conſtituentes Academiam, ad confitendum nomini Domini: qua ratione Chriſtianiſsima appellata eſt. Sed nec defuere clariſsimi nomophylaces. Illic enim ſederunt ſedes in iudicio, Patriciorum ſcilicet ac Senatorum: quibus acceſſere

Virg. lib. 1. Aeneid.

Pſal. 121.

ſummi tribunalis ſedes, ſuper domum Dauid, quibus arcanum deſignatur conſilium. His tamen non obſtantibus, niſi breui erumpenti furori obuiam eatur, niſi hi quorum intereſt, ſeſe oppoſuerint murum pro domo Iſrael: vix quicquam aliud expectare poſsis, quàm ſubitam inſuperatam manifeſtámque ruinam. Accurrendum itaque eſt tanquam ad commune incendium, omni alia intermiſſa opera, vſque dum in cineres redigatur impietas, & cineres in aëra diſpergantur. Et ſanè non defuere qui dicerent, pro talibus auſis, próque tam inmani patrato ſcelere, ídque in vrbe omnium quæ ſub cœlo ſunt longè præſtantiſsima, diuerſoriũ illud hoc ſcelere contaminatum, à ſummo tecto ad imà fundamenta, lato intercedente hiatu diſturbandũ eſſe ob læſam Chriſtianæ religionis maieſtatem, ſeruata tamen indẽnitate eorũ, quos innocentia reddit ab omni ſuſpicione tutos: in refundenda verò iactura, pœna ſuos teneat authores. Idem dixeris de reliquis aut officinis aut cubiculis huiuſce farinæ piſtrino per conniuentiã addictis: quas aiunt numero fuiſſe non paucas, ita vt parem conditionem par pœna conſtringat, & flagellũ vnius ſit metus multorum. Super quo videant purpurati Patricij, quibus id muneris incumbit, re ipſa declaraturi quanto erga religionem feruore teneantur, recepturi tandem eximiam pro ſuo labore mercedem.

Ezec. 13.

Hæc

Hæc est nostræ prora & puppis querimoniæ. Nunc reliquum est, vt quę supersunt, breui manu expediantur. Cum hæc commētaremur, rumor increbruit (haud scio an rectius dicam vapor quidam rumoris) in frequētissimis Germanorum comitiis edicto cautū fuisse, ne quis deinceps blasphemare audeat aduersus sacratissimam eucharistiæ maiestatem, néve dubium aliquod mouere super corporis Christi in eadem Eucharistia præsentia, reali dico, nō typica. Id si verum est (nihil enim præter rumorem habeo) bene quidē habet, sed multa tamen desiderātur circa huiusmodi decretum. Oportuit enim rem totam reduci ad sedē Apostolicam, super his instrumēta confici non solùm de edicto à non iudice facto, verumetiam super publica indicenda pœnitentia his qui tam immane blasphemiæ facinus in sacram eucharistiam commiserunt. Nec omittenda est recātatio publica per orbem Christianum diuulgāda, iuxta formam capituli, Ego Berēgarius, mutatis mutandis, vnà cum protestatione de non recidendo, sub pœna relapsi. Quæ etiam si omnia adessent, necesse est huiusmodi homines qui hactenus ea laborarūt hæresi, abnegare non illam solum, verumetiam omnem hæresim ab ecclesia damnatam. aliàs qui cadit à syllaba, cadit à toto: & qui offendit in vno, factus est omnium reus. Ideo aut nihil, aut parum me mouent hu- *Iaco.2.b.*

iuſmodi rumores, aut nugaces, aut mutili: quin potius obſeruanda videtur ſeueritas diſciplinæ quam diuus Paulus vnà cum Corinthiorũ eccleſia inconcuſſam tenuit aduerſus eum qui patris ſui cubile violauerat, nouercæ ſuæ commixtus. Catholica religio ſyncera eſt, nulla ex parte mutila. Simplex eſt ſermo veritatis, ſua conſtans panoplia. Fallitur ergo quiſquis ſe fidelem putat, & à Chriſtianis placitis vel ad latum quidem vnguem diuertit. Oportet ergo omnia amplecti, & eis mordicus adhærere eũ qui pro Chriſtiano haberi velit. Hic murus aheneus eſto. Abſolutè integra eſt Chriſti ſponſa eccleſia, nulla ex parte mutila, nec clauda nec manca. Mutila autẽ foret & trunca, ſi vnus illi apex aut iota deeſſet in his quæ ad fidem pertinere decreuit, in quo vacillare liceret. Vnica in naui rimula facta, nauigiũ totũ aquis obruitur. Idem dixeris detracta fide & authoritate ab vno quantumuis minimo ſuo decreto. Cataphractã habet armaturam abſolutè completam, cum ex ipſo nomine Catholica cenſeatur. Vnum reſtat è duobus, aut amplectenda ſunt omnia, aut nihil ei ſupererit authoritatis.

1 Cor. 5. 4. & dein.

Hæc obiter dicta volui: ex quibus facilè intelliges Chriſtiane lector, quàm ſit indomabilis elati apud ſemetipſam cordis dura ac dira ferocia, quæ ita ſibi placet, vt obuia quæ-

que

que plausibilia, (etiam si sint teterrima) obuiis vlnis excipere soleat, nullo rationis religionisve præeunte delectu. Et vnde tam portentosa rabies? nisi quòd à sapiente dictum est, Considera opera dei, quòd nemo possit corrigere quem ipse despexerit. Neque id mirũ, maledictionem cõminante propheta in hanc sententiam. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Nemo deterius fallitur, quàm à seipso, cũ præ se cæteros contemnit, ducitúrque velut bos ad victimam, sola præeunte philautia. Quod & Moyses ipse argutissime attendens ait. Gens sine consilio, & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, & nouissima prouiderent. Qui enim prudentia fultus est & bene munitus, per se sapit, alioqui desipit. Quòd si illi prudentia desit, salubre saltem accuratè inuestigando sibi compararet consilium: sic tandem fiet, vt quod ignorabat, intelligat. Quòd si vtrunque illi desit, insipiens ille est & stupidus. Demum qua arte nouissima prouidere poterit? Manet itaque hæreticus nulla sanabilis arte, dum alios præ se contemnés, quicquid apud eum libet, licet. Ideoq; (vt sapiens ait) subitò veniet illi perditio sua, & sanitas eum non sequetur. Hanc pestem Deus Opti. Max. ab huiusmodi hominum portentis depellat longius, mentémque suggerat saniorem, vt idipsum inuicem sentiamus omnes, &

Eccl.7 d.

Esaiæ.5 c.

Prouer.7.c


Deut.32 d.

Prouer.6 d

Rom.15.b.

vnanimes vno ore (fugatis errorum tenebris) glorificemus Deum & patrem domini nostri Iesu Christi, cui vnà cum sancto spiritu laus, gloria, decus & imperium in perpetuas seculorum æternitates. Amen.

FINIS.



RENATI BENEDICTI Andegaui, sacra in Theologia Parisiis Baccalarij, ad Christianum lectorem Carmen.

T Dum quæris dubitando, Christiane,
Nostro hoc tēpore quem sequare, cessa.
Cœnalis tibi adest, fide probatus.
Hunc amplectere: tutus vsque viues.
Exemplar veterum est Episcoporum:
Pastorum quoque palma Gallicorum.
Scriptorum tibi sit decus tuorum:
Altrix Gallia πανσοφῶν virorum.
Vitæ regula sanctioris hic est:
Doctrinæ quoque norma purioris:
Consortiisque sui nitórque honósque
Sacri: lucis amans, tenebrionum
Osor, quos reuocare semper ardet.
Zelo conspicuus, bonúsque, prudens,
Sanus iudicio, atque mente firmus:

Fortis, magnanimus, piusque, iustus,
Christo sub duce perpeti paratus
Flammas, probra, crucẽ, rotas, venena,
Risus, scommata, contumeliasque.
Hic verbo, hic calamo domare monstra
Consueuit, fidei irruens in hostes.
Cui ex voto famulatur alma Pallas.
Hunc qui non probat, inuidus putetur,
Aut summa impietate, mente captus.
Hoc quid candidius, minúsquẽ fictum?
Pauli denique Episcopus tibi sit,
Omni pro meritis honore dignus.
Hunc ergo venerare Christiane.
Cœna hic, candide, fœtida culina
Calcata. tibi sic salus petetur.

Deo sit benedictio. Amen.

